

QVÆ RES BENE VORTAT!

De

MONOPOLIIS

& Occasione hac

ad L. Unic. Cod. eod. Tit.

Auctoritate & Consensu

ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS
in celeberrimâ Electorali Saxonica Academiâ

PRÆSIDE

VIRO

Nobilis. Amplis. Consultis. atq; Excellentissimo
DN. MICHAELE FRIDERICO
LEDERERO,

Jcto & Antecessore celebratissimo, Curia
Electoral. Scabinatus, & Facultatis Jurid. Adessore
gravissimo,

*Domino Patrono, Præceptore & Hospite meo
atatem colendisimo*

D.

MICH. FRIDER. BOEZO,
Lipsiensis.

Ad d. 28. Februar. A. Æ. V. MDCLXXII.

WITTEBERGÆ, Typis MICHAELIS MEYERI.

ohne Widmung.

Complet

57.
H. 8. 1355. b.

1069

13

1672

10a

6



De
MONOPOLIIS


in

FREDERICO
LADDERO

Electoral

MICH. ERHARD BOEZO
Wittenberg, Typo MICHAELIS MEYER





J. N. J.

Hominem, ut bene ac feliciter vivat, multarum indigere rerum, quæ ad vitæ sustentationem & sufficientiam conducunt, & Ordo hujus Universi, & miser hominis status commonstrant, adeo, ut non temere Philosophus *Lib. 7. Polit.* dixerit: *multis instrumentis egerere Vitam.* Nec enim est, quod de hoc dubitemus amplius, si Numinis sapientissimi in constitutis & dirigendis hisce rebus terrenis Providentiam intueamur debitâ veneratione, ac contemplemur. Terra plantarum, arborum, aliarumque rerum gratia adest, & illa rursus animalibus, animalia hominibus victum, modò planè circulari, subministrant. Quid multis? ut omnes in universum res solius hominis ergo videantur productæ. Id quod egregiè apparet ex Divinæ Donationis, amplissimis conceptæ verbis, formulâ, in Sacro Codice *Genes.* nimirum *1. v. 28. seq.* legendâ, quâ sub primis mundi incunabulis Deus Creator O. M. Protoplastis eorumque posteris universo Orbe terrarum utendi fruendi Jus ac potestatem pro merâ Suâ Liberalitate concessit. Neq; tamen hæc ita interpretanda veniunt, quasi tantum hominis gratia omnia sint creata, cum & condita sint in Universi complementum, sed ut homo ex asse & solido esset perfectus, tenendum, nihil non ejus dispositioni, & usui subjacere oportuisse. Imò & hoc notandum, quod potentissimum Numen de creatis rebus omnibus supremum absolutumq; disponendi arbitrium penes se esse ac permanere voluerit.

II. Sed ad ipsam hanc Naturæ nostræ conditionem converramus nos propius, quibus igitur non opusest, ut divinæ hominis partis, Animæ inquam, cultura rectè sese habeat, quâ sine nobilissimum illud DEI Opus animali bruto assimilare non dabitavit

A 2

Aristo-



Aristoteles? & qui Juvenem rectè educaveris, omnibus ad institutionem mediis destitutus? quis deniq; hominum vel ad breve tempus sine victu & amictu vitam sustinuerit? Natura sane, benigna rerum omnium Mater, infanti nondum in lucem edito in mammis etiam maternis edulia procuravit, quæ sine vivere illi non licet, ita dicente rursus Aristot. *Lib. 1. Polit. c. 5.* Nec amictu carere innatus hinc ab Adami lapsu pudor, nec cœli finit inclementia, quâ ubiq; terrarum offendimur, cui indigentia frustra barbaros Indiarum populosexemeris, quos nudos jam pridem incessisse, ac etiamnum sine indumentis palari, Hispanorum ac Bataavorum Navigationes docent. Etenim feros illos, nec hominum conversationi advetos eadem perhibent, adeo, ut infra illis quasi videatur omnis cum cultioribus gentibus commercii fuga. Ex hætenus igitur dictis non obscurè patuit, sive sapientissimum sapientissimi Numinis Ordinem intueamur, sive egenam fortis nostræ faciem penitus consideremus, quanam & quàm multa ad hominis vitam, & ad bene vivendi rationem exigat Natura.

III. Verùm summum rerum Conditorum non omni Provinciae, imo fortasse nulli, omne assignasse frugum ac proventuum genus, sed divitias suas sparsim ita distribuisse, ut nihilominus ex universâ terrâ non solum quæ corpus alunt necessariò, ac tuerentur, sed & quæ delicias ornatumq; foveant, largè peri possiat ac debeant, agnoscent & fatebuntur omnes, quotquot regionis soliq; sui insufficientiam agnoscunt. Sic Gallia vino abundat, quò carer Anglia, quæ lanâ affluit, quam sibi magno sane pretio emtam volunt Galli, verbò, nulla unquam tam felix regio extitit (solò Paradisò ante Adami lapsum exceptò) quæ non aliquâ ex parte aliarum gentium copiâ suæ inopiæ subvenire necesse habuit. Nempe non alia disseminationis hujus divinæ viderur fuisse intentio ac scopus, quàm ut terrarum inhabitatores firmiorem inter se colerent amicitiam, ac cognationem à Naturâ ipsâ introductam eò melius observarent, atq; arctiore necessitudinis vinculo constringerentur, qui eundem communem agnoscerent Parentem, & omnem terrarum Orbem sui multiplicatione replere deberent. Quandoquidem enim omnis terra necessitates humanas subleva-

re

6
re non potest, non vicini solum & contermini, sed longius etiam
remoti in partes vocandi & sollicitandi sunt, ut Commutationes
secum institui patiantur, utq; de suo largiantur, quod alteri deest,
recepturi vicissim, quod sibi deficit. Vid. Magnif. Dn. noster Or-
dinarius, Patronus & Præceptor meus submissè colendus, de Jur.
Majest. Exerc. 13. §. 1. H. Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 2. n. 14. &
de Mari Lib. in pr. Marquard. de Jure Mercator. Lib. 1. c. 11. n. 14.
Oldenburger. ad Instr. Pac. Part 3. Diss. 12. §. 1.

IV. Tametsi verò multæ vel potius pleræq; regiones eâ fer-
tilitate gaudeant, quæ incolarum suorum sufficientiæ respondere
queat, ut cætera adeo aliunde advecta luxum feretantum promo-
vere videantur: (quò etiam nomine personato illi Severino de
Monzambano, Libello cætera perquam docto de Statu Imperii Germ.
c. 7. §. 2. Germani egregiè vapulamur, quibus nempe haud grave
foret telis Gallicis, vinis Hispanicis, & aromatibus, Saccharo,
aliisq; ex utrâq; Indiâ petitis carere) non tamen ob quosdam hinc
emergentes abusus Societas inter homines, rerumq; Commercia
prorsus è medio tollenda sunt, aut Dei Naturæque beneficiorum
juxta ac miraculorum ubiq; terrarum latentium scrutatio & con-
templatio negligenda. Et vero si moderatus mercium harum
exoticarum accedat usus, ac temperamentum quoddam adhibea-
tur, insignis potius ille Viri civilis præconium meretur, qui rebus
istis delectatur, non afficitur, nedum ut culpandus, aut profani
quippiam commisisse arguendus sit.

V. Itaq; cum difficile, imo moraliter loquendo fere impos-
sibile sit, Rempubl. ex votò quidem optimam ut quis alicubi in-
troducatur, non aliâ ratione indigentia huic subveniri potuit, quam
per Commerciarum exercitium, quæ sine non minus Respubl.
constare, ac Infans sine nutricis lacte ad vitæ crescentis gradus per-
duci potest, ut ait Vitruvius Lib. 2. de Architect. Nec audiendus
hoc loco Cæsar est, qui Lib. 1. de Bell. Gall. c. 1. Lib. 2. c. 15. Lib. 4. & 6.
Mercaturam, quippe quæ civium animos corrumpat, non tole-
randam exclamat, idq; forsan ex Platonis mente, qui Lib. 4. de LL.
in pr. Urbes longè à mari extruendas suadet, ne Commerciis cives
dediti nimium omnibus vitiis animos imbuant. Sed respondit
jam dudum erroneæ huic Platonis sententiæ Aristoteles, in Civili
cum

camprius Prudentia Discipulus supra Magistrum, Lib. 7. Polit. c. 6. & præclare Barlaam Orat. 1. p. 6. Homerus, inquit, tantum Mercaturæ esse pretium credidit, ut ipsam Palladem Sapientie Deam, quasi alio habitu non posset, Mercatoris induerit: quamobrem & populosas maximè civitates Mercaturâ potissimum in officio contineri summi Politicorum tradunt. Cl. Forstner. ad Lib. 3. Annal. Tac.

VI. Verum enimverò quantumvis secundum illud Vulgarum Commercia pari libertatis cum Religione gaudeant privilegio, ac Libertas eorum quibuscunq; modis sit promovenda, tamen ob multiplices & innumeras prope, quæ in iisdem committuntur, fraudes, Principis, aut Ejus qui in Republicâ τὸ κοινῷ pollet, Curæ & Inspectioni subjacere debent. Siquidem hujus tùm potestatis est tùm officii, ut in aliis, sic & circa ista providere, ut publicè privatimq; profint. D. Mev. ad Jus Lub. Lib. 3. Tit. 5. art. 12. ad n. 4. Inter omnes autem dolosas illas machinationes, quæ in Mercaturam irrepere solent, eminent quasi principemq; locum tenet perniciofa MONOPOLIORUM frequentia, quæ cum Commerciorum libertatem maximè impediunt, optimi Legislatores frenare, severisq; Legum pœnis subjicere debent, ut facilis rerum omnium communicatio sit, atq; indigentia expletio liberissima. Id quod argumentum nobilissimum quidem & utilissimum, sed humeris meis haud æquum, more Academicò tractandum mihi proposui, jamq; sine longiore Præfaminis ambage aggredior, ut tamen magis Sedulitatis sit indicium, quàm Eruditio nis ostentatio. FAXIT DIVINUM NUMEN, ut ex antiquâ Votorum Formulâ omnia cedant FELICITER!

VII. Ne igitur migrare videar antiqua Disputantium instituta, præludo universæ Tractationis enodatione Nominis, quod originis civitatisque esse Græcæ ex quodam etiam Svetonii loco facile offendi potest, qui in Tiberii Vita c. 71. refert, Cæsarem hunc, cum Sermonem Græcò maximè abstineret in Senatu, ibique Vocabulum hoc nominare vellet, prius veniam postulasse, ac si in Leges peccaret, quod Sibi verbo peregrino utendum esset. Vid. Schild. ad. h. l. p. 411. Idq; fortè ad propagandam nominis Romani gloriam fecit, quia cautum quoq; fuerat ante M. Tullii tempus, ne quis Romæ oraret Græcè, Pleriq; tamen Græcè loqui adfecta-

adfectabant, quã de re graviter Jnvenalis conqueritur Satyr. 3.
Non possum ferre Qvirites, Græcam urbem, omnia Græcè, con-
rumbunt Græcè. Item uti hodie fieri assolet, dum pravò exem-
plò multi velignari, vel paulo scientes Lingvarum exoticarum
voces istas Lingvæ nostræ maternæ, dotibus suis satis animosæ, in-
farcire satagunt, ejusq; castitatem adulterare non erubescunt. De-
scendit autem $\mu\acute{o}\nu\omicron\tau\omicron\lambda\epsilon\iota\omicron\varsigma$ solus, & $\pi\omega\lambda\epsilon\omega$ vendo. Calvinus
Lex. Jur. h. Voc. Joh. Marqv. de Jur. Mercat. Lib. 4. c. 6. pr. alii. Voc.
etiam $\mu\omicron\nu\omicron\pi\omega\lambda\epsilon\iota\omicron\varsigma$ usurpatum reperitur Straboni Lib. 17. Vid. &
Cassiodor. 11. 4. & 26. Atq; ideo minimè probanda notatio O-
dofredi & Placentini ad Rubr. C. h. r. in quam etiam proclivis est
Sigism. Scacc. Tr. de Commerc. quæst. 7. part. 3. Limitat. 10. n. 3. qui-
bus deducitur à $\mu\acute{o}\nu\omicron\tau\omicron\lambda\epsilon\iota\omicron\varsigma$ solus & $\pi\acute{o}\lambda\iota\varsigma$ civitas, quasi sit unica nego-
tiatio in civitate, cum priorem nostram vocis significationi ma-
gis adæquatam arguant ac probent alia ejusmodi composita, v. c.
 $\kappa\omicron\upsilon\omega\pi\omega\lambda\iota\omicron\nu$ taberna carnaria, $\acute{o}\iota\nu\omega\pi\omega\lambda\iota\omicron\nu$ taberna vinaria, $\acute{o}\psi\omega\pi\omega\lambda\epsilon\iota\omicron\nu$
 $\rho\omicron\pi\iota\omicron\nu$ popina, $\pi\alpha\nu\tau\omega\pi\omega\lambda\epsilon\iota\omicron\nu$ forum publicum. Henr. Steph.
Lex. Gr. h. Voc. Conf. etiam Conr. Summenhart. de contract. qu. 51.
Latinè reddi potest Solivenditio, si ita liceret loqui, ut aliàs Soli-
loquium &c. In Vernaculã nostrã: ein schädlicher eigennützi-
ger Vorkauff. Vid. Reichs-Abschiedt de anno 1548. Policey-
Ordn. de an. 1577. Tit. 18. von Monopoliën / & annonaria Or-
dinat. Formula, quæ edita est in Comit. Elektor. Francof. ann. 1612. ha-
bitis, & allegata Arumæo Tr. de Comit. c. 6. p. m. 401. Sed cum vox
hæc (Vorkauff) propriè Propolium tantum denotet totoq; adeò
negotio angustior sit, in Constitutionibus Imperii ob commo-
dioris defectum in Idiomate nostro Vocab. Monopolii hæc in re-
tam variã ac multiplici rectè retentum fuit. Vid. Capitulat. Augu-
stusmor. Ferd. III. IV. & novis. Leopold. Imp. art. 20. Quamvis nec
diffidendum, in citatis aliisq; sacratissimi nostri Imperii Legibus
Propolii & Monopolii crimen fere semper conjungi, imo quan-
doque non ita accuratè inter duo illa discerni. Dicitur etiam a-
liàs: eine Handhierung mit einer Wahre / so ein Kauff-
mann allein treibet. Deniq; addo, quod Hermolaus ad Plin.
Lib. 8. c. 37. notavit, ob bituminis, Græcis $\acute{\alpha}\sigma\phi\alpha\lambda\omicron\varsigma$
Mb-

Monopolium in Judæa usuratum, Asphaltium, vel corrupto Vocabulo Apalcum Monopolia hæc vocari.

XIII. Multas autem & varias sortitur passim Definitiones. Jodoc. Damhouder. *Prax. rer. crim. c. 132. n. 1.* eumq; sequens notissimè Herm. Lather. *de Censu Lib. 3. c. 14. n. 11.* definiunt, quod nihil aliud sit, quàm quando penes unum aliquem aut paucos solos tota alicujus rei vendendæ potestas est; id quod paribus fere verbis exprimit Tib. Decian. *Tr. Crim. Lib. 7. c. 21. n. 15.* Plenig. Sichard. *ad Rubr. C. h. t. n. 2.* Casp. Klock. *Tr. de Ærar. Lib. 2. c. 26. pr.* & Althuf. *Polit. c. 32. n. 20.* Cojac. verò in *Paratitl. C. h. t. & Dionys. Gothofr. ad Rubr. h.* Illud esse dicunt Jus vendendæ certæ mercis, quod unus certive homines sibi vindicant permissu Principis sub onere vectigali. Alias aliorum delineationes, diversas quidem si verba respicias, si verò mentem, easdem planè, congerere hîc possem, quæ manu tamen, quod ajunt, non thylaco aut toto corbe ferendæ, & suppeditantur à Bertach. Schard. Hottom. aliisq; in *Lex.* Nec opus esse existimaverim in accuratâ Criminis hujus definitione eruendâ nimis desudate, cum ex Modis, quibus illud committitur, facilè, quid sit, cognosci possit. Mihi igitur ex variis Doctoribus perspicuam hanc Descriptionem compilare & jam dare lubet: *Monopolium est lucrosa unius vel paucorum, Libertati commerciorum contraria, cum aliorum injuriâ & Reip. damno conjuncta Negotiatio, in eo consistens, ut solus vel soli aliquod mercium genus vel certas res coëmant proq; libitu suo statuis earum pretiis ac certo demum tempore vendant.* Dixi Monopolium esse Negotiationem, quæ vox Mercaturam denotat, Germ. *Kauffhandlung.* Sic negotiatio Sagaria, Lintearia dicitur in *L. 5. §. 15. π. de tribut. act.* negotiatioem sagariam coire *L. 52. §. 4. π. pro soc.* & quemadmodum habetur in *L. un. C. de Monopol.* Monopolium exercere, ita in *all. L. 5. §. 15. & L. 1. pr. eod.* negotiatioes exercere, merce peculiari negotiari. Dixi etiam unius vel paucorum, quod accipiendum in sensu Jurid. quò dici potest illud exerceri vel ab uno, vel à pluribus sigillatim vel collegiatim, Societatis Corporisve instar, ut hinc Monopolia ipsa à Societatibus secernere debuisset Sichard. *ad h. L. nostr. n. 2.* cum aliud sit res Monopolium, aliud rei Modus Societas,

Societas, per quam exercetur, imo Monopolas etiam non adeo promptè in consortium admittere alios experientia testetur.

IX. Dividuntur vulgo Monopolia ratione I. Personarum exercentium in publica & privata Keckerm. in *Curs. Philosoph. D. 31. probl. 9.* Joh. Marquard. *d. l. n. 2.* Illa sunt, quæ Princeps seu Magistratus aut tota aliqua Universitas, hæc, quæ singulares & privatae personæ exercent. II. Qualitatis accidentalis, in justa ac licita, & in injusta atque illicita, secundum Dd. commun. Dixi de industria accidentalis qualitatis. Cùm enim plerumque Monopolia cum aliorum injuriâ ac exitio conjuncta sint, exceptis tantùm quibusdam casibus infra recensendis, divisio hæc ex accidenti est & extrinseca, adeoque eam sub Definitione nostrâ haud contineri ulterius patebit. III. Rerum vel mercium in quibus exercentur, quæ cùm variæ sint, Monopolia etiam variant necesse est, quomodo aliud frumenti, salis, vini, olei &c. Ita non uno modo committi Monopolium jam collectu facile est, sed in multiplices illud diffusæ arboris instar abire stolones, ex quibus diversæ ejus passim Species propullulant, eæque tam clanculariæ saepenumero & absconditæ, ut non detegantur, nisi damnò jam illatò. Classes ejus palmarias tres tam Rubrum quàm Nigrum saluberrimæ Constitutionis Zenonianæ, quæ æqua & prudens vocatur *ἡ πύλη* Grotio de *J. B. & P. Lib. 2. c. 12. §. 16. in annot.* & habetur in *L. un. C. de Monop. constituere* videntur. Rubricæ verba hæc sunt: *De Monopoliis, & conventu Negotiatorum illicito, vel artificio ergo laborum nec non balneatorum, prohibitis, & pactioibus illicitis.* Hos inde colligunt Dd. commun. tres Modos, Membra, seu Species, quod Monopolium nempe committat I. Qui certum mercaturæ genus e. g. piscium, vestium, Librorum &c. sibi soli arrogat, ut solus possit vendere *pr. d. L. un.* II. Qui illicitis habitis conventiculis conjurant aut paciscuntur, ut Species diversorum corporum negotiationis, non minoris quàm inrer se statuerint, venundentur, *verb. neq. quis illicitis &c.* III. Aedificiorum artifices vel ergolabi, aliorumque diversorum operum Professores & balneatores, quando pacta inter se componunt, ne quis artifex, quod alteri commissum est opus impleat, perficiat, aut injunctam alteri sollicitudinem intercipiat, *verb. aedificiorum quoq. &c.* Vid. Dn. Brunnem. Perezii, & Sichardi absolutissimos Commentar.

Var. ad Tit. d. Occasione quidem hac totius hujus Legis analysin at-
texere possem, sed cum alii, quos inter etiam est Dn. Fritschius
Commentat. Synopt. ad eand. jam tum id ex professo egerint, imo au-
re hac Constitutio in universa nostra tractatione robor ac vires
suas passim sit exortura; neve pagella hæc ita nimium excrecant,
illi nunc supersedeo.

X. Caterum quod uti Natura novas semper formas edere
deproperet, ita Vitia quoque malitiam hominum gnaviter exculta-
gentem quasi suam diversimode propagent, hinc plures per istos
temporum decursus Monopolii species vigilantibus Rerumpu-
blicar. Gubernatoribus deprehensa à civilis prudentia Magistris
at Doctoribus traduntur & recensentur. Illi autem in edendo
eatum Catalogo admodum variant, his ampliati, istis coarctati-
oni studentibus. Joh. Althus. in *Dicæolog. Lib. 1. c. 33. n. 31. & in Polit.*
c. 32. n. 23. eumque sequens Joach. Scheplitz. ad *Consuetud. March. P. 4.*
Lib. 4. §. 7. n. 2. novendecim Monopolii species enumerat. Tori-
dem quoque ejus Modos referunt Jac. Menoch. de *arbitr. Jud. quest.*
Lib. 2. Cas. 569. Tib. Decian. Tr. *Crim. Lib. 7. c. 21.* & Jod. Damhoud.
Prax. rer. crim. c. 132. quanquam omnes diverso ordine ac ratione.
Petrus verò Gregor. de *Rep. Lib. 13. c. 3. n. 4.* & Adam. Keller. de *Offic.*
Jur. pol. Lib. 2. c. 18. paucioribus contenti sunt. Aliter juxta ac alias
species recensent Pontificii illi Theologi Moralista, uti Joann. de
Lugo Cardin. de *Just. & Jur. Disput. 26. sect. 12.* Leonard. Less. idem
de *J. & J. Lib. 2. dub. 21.* & Cour. Summenh. *l. c.* hæc sex Modos, istis
verò duobus tantum quatuor referentibus. Porro alii, inter quos
familiam ducunt Sichard. *lat. Comment. ad l. b. n. 2.* & Dom. Arum.
Tr. de *Comitiis c. 4. n. 131.* ad tres classes reducunt Monopolia, quod
nempe aut in rebus, seu mercibus, aut in personis, aut in loco fiant.
In Mercibus, quod Sichardo propriè tale est, ut: cum mercatores
conveniunt, ut Saccharum vel piper omne coemant, & certò pre-
tium inter se constitutum rursus dividant. In Personis, cum certæ
personæ inter se paciscuntur hæc vel illud hæc & non alio modo
agere, v. c. dum in Germaniâ Vitriarii Statutum condiderunt, ne su-
am artem docerent alios quam filios vel nepotes, quæ etiam in
Italiâ vigere perhibet inter eos qui margaritas perforant. In Loco,
si statuitur, ut res aliqua certo loco & non alio fiat vel vendatur, ut:

si qui

6
si quidam certo loco carnes emere (quod Jns sibi vendicabat Decanus, & Capitul. Magdun. contra Episcop. Auelian. c. 69. X. de Appell.) aut in molendinò certò molere cogatur. Alii denique rusticissimâ viâ incedi posse autumant, si tres in Thes. antec. enumerati Modi tantummodo retineantur tanquam in Textu Juris fundati, minimeqve plures asserantur.

XI. Verùm multa ex iis, quæ laudati Dd. eosque gregatim secuti recentiores pro talibus venditant, in Monopoliorum propriè dictorum censum non venire, uno alterove exemplo hîc ostendisse sufficiat. Monopolium namque dicunt 1. Si inter cives conventum, ne quis suas domos, vel habitationes locet nisi pretiò tantò. Alhus. *Diccol.* 2. cum aromatarii Statutò cavent, ne ad exequias defuncti eorum quis possit vendere aromata vel ceram heredibus, nisi prius solverint heredes, quod aliis aromatariis defunctus debebat. Id. *in Pol.* cum rustici inter se paciscuntur, ut nullus eorum præstet operas suas civi civitatis, vel alicui habitanti in ipsâ villâ. Tib. Decian. aut ne agri possint in territorio suo, si sint forensium, Frembder/ ab injuriâ pecorum defendantur. Sichard. 4. cum Tabelliones seu Notarii invicem transigunt, ut nullus scribere possit, nisi ex tali factione ortus. Menoch. 5. qui malitiosè impediunt, ne ullæ prorsus merces usui nostro necessariæ ad forum afferantur. Damhond. Sed enim Negotiatorum aliorumq; Conventions, Consuetudines pravas, Pacta & statuta quævis illicita sive de ponendis rerum pretiis, sive de Opere ab aliis inchoato non perficiendò &c. veras & genuinas Monopolii Species non esse sequentibus manifestum reddam rationibus. Primùm enim Monopolium est negotiatio ipsa vel mercatura rerum venalium ad victum & amictum necessariorum, neutiquâ vero conventio de rebus istis vel pactum, uti supra jam tum expositum fuit. Deinde Rubrum & Nigrum ipsius laudatæ Constitutionis Zenonianæ id ostendunt ac probant. In Rubr. ita legitur: *De Monopoliis & conventu negotiatorum illicito &c.* Et quamvis dictioni *Vel Copulam Et* interdum æquipollere dicas *L. penult. de U. S.* nihilo secius tamen societates negotiatorum illicitæ ab ipsis Monopoliis formaliter ita distinctæ manent, nihilque amplius inferes, quàm inter Monopolia & ejusmodi conventiones vel pacta cognationem quandam esse ac
B 2 affi-

affinitatem. Nigrum id demonstrat in *¶ l. neve quis illicitis -- ¶ l. adificiorum quoque, artifices -- ¶ l. si quis autem -- & ¶ l. ceterarum quoque --* ac imprimis in poenâ ibi statutâ utrinque diversâ, cum pacta talia exercentes puniantur solum 40. Librar. auri solutione, Monopolia verò amissione omnium bonorum & perpetuo exilio, uti bene etiam hoc observavit discrimen Lud. Molin. *de Just. & Jur. Tr. 2. Disp. 345. num. 2.* Denique & hoc notandum venit, Monopolii Vocab. in sensu latissimo illos omnes accipere, adeo ut latitudinis suæ spherâ & Dardanariatum, & ipsam L. Jul. de Annonâ complectatur. At vero distincta hæc sunt, ideoque nec confundenda, cum nulla adeo valida ratio adsit, quæ, quò minus Dardanariatibus à Monopolio secernatur, movere nos debeat. Utut enim magna inter hæc duo similitudo existat, minimè tamen propterea idem sunt, neque in omnibus eorum par ratio habetur. Ita Permutatio in Jure nostro vicina Emptioni - Venditioni perhibetur L. 2. *π. de Rer. perm.* ita eidem Locatio - Conductio proxima iisdemque Juris Regulis consistere dicitur, L. 2. *π. Locat. & Inst. eod. pr.* imo tantæ familiaritatis, ut in quibusdam quæri soleat, quale negotium gestum fuerit *§. 1. all. L. 2.* eas verò invicem velle confundere absurdum ac nefas foret. Huic igitur confusione, errorum fonti ac matri, nullâ prorsus aliâ ratione consuli poterit, quàm si Monopolii & Dardanariatibus confinia accuratè custodiendo totidem utriusque tantummodò ponantur Species, quot in Legibus ipsis recensentur. Plures postmodum si emerferint Casus, qui nulli horum expressè adscripti, haud difficile cuivis judicare erit, cuiusnam propius accedat quod in dubiū venit Crimen, ad quod deinde commodè transducere poterit.

XII. Jam itaque præmissâ hæc Sententiarum farragine earumque momentis excussis mihi recentiores nonnullos, quos inter etiam Dn. Fritsch. *Tr. cit.* meritò laudandus, sequenti ita videretur, strictè proprièque loquendo unum duntaxat Monopolii genus, quod in negotiatione variâ consistat, asserendum esse, Exemplis verò & Species infinitas admittendas *arg. L. 3. §. 21. π. de A. vel A. Poss.* Ex innumeris nonnulla, eaque communiora tantum exempla hîc subjiciam, firmiter persuasus, cætera ex Usu & Experimentis, viva illâ & optimâ rerum omnium Magistrâ, cognoscenda potius esse,

6
esse, quàm ex istâ Doctorum mutorum congerie addiscenda. Di-
ctum jam tum Monopolium esse negotiationem, quæ verò ipsa in
rebus omnibus, quæ in hominum commercio sunt, consistere
potest, juxta *pr. sap. cit. l. un. verb. cujuscung, vestis vel piscis vel pecti-*
num fortè aut echini, vel cujulibet alterius ad victum, vel ad quemcunqve
usum pertinentis speciei. Et secundùm Recept. Imper. de Anno 1548.
atqve Ordin. Polit. 1577. Tit. 18. ubi ita describuntur Monopolæ:
Die allerley Wahren und Kauffmanns-Güter/auch Wein
Korn/und anderes dergleichen von den höchsten bis auff die
geringsten--- in ihre Hand und Gewalt allein zu bringen
unterstehen Auff- und Fürkauff damit zu treiben &c. In-
de varia & diversa Exempla Monopolii passim occurrunt. 1. Si
Laniones aliquot numero puta 6. aut 7. tentant, & annuntur ut
soli in civitate, vel intra certum territorii spatium carnes vendant.
Damhoud. *a. l. n. 12.* 2. Quando homines quis cogit, ut non ab aliis,
sed à se tantùm injustò pretiò merces emant. Marqv. *c. Tr. num. 8.*
3. Si Nobiles non concedant, quicquam vendere rusticos suos, aut
in forum publicum deferre, prinsquam ipsi sua parvi sæpe pretiù
satis carè distraxerint, cùm abundantia aliàs id impediret. Petr.
Gregor. *c. l. num. 4.* 4. Si dominus subditis suis mander, ne ab
aliis quàm à se cerevisiam emant, (quæ violentia in Bavariâ fre-
quens est) & ne alibi molant aut panem coquant, quàm in suo
molendino aut furno, aut simile quid jubeat, quod voluntati aut
libero arbitrio meriò relictum esse debet. Andr. Rauchb. *qvæst.*
Jur. p. 1. q. 27. 5. Qui astutiâ quâdam efficiunt, ne ruricolæ vi-
turalia necessaria ad forum deferant, sed ipsimet ad villas turma-
tim convolantes omnia ibi coëmunt, ut postmodum concivi-
bus suis eadem pro arbitrio suo divendant. Althul. *Dicaol. 6.* Cùm
Mercatores omnia tentant, excogitant, explorant, quibus multi-
tudinis opes ad se contrahant, dum collectis pecuniis alios vin-
cuar, alios præveniant, alios ad auctò rerum pretiò deterrent ac so-
li emunt omnia, quæ deinceps pro lubitu suo vendunt quàm ma-
ximi, Martin. Bonacin. *de contract. & restit. Disput. 3. qvæst. 2. punct.*
5. fol. 410. Atqve hanc artem insigniter exercere nòtuit in qui-
busdam Imperii civitatibus, non solùm Judæi, Anabaptistæ, eo-
rum

quumque similes, sed cives etiam ipsi, qui beneficio mensæ argen-
tæ, aliisque mediis pleonecticis noviter institutis, cum ingenti
vicinorum & concivium jacturâ ac pernicie, veluti quodam ha-
mo cæterorum commercia ad se trahere omni ope nituntur. Joh.
Marqv. *a. l. num. 6.* 7. Lanæ propolæ maximè celebres sunt, qui
in privilegio quodam JOH. SIGISM. Elect. Brand. Pannificis in
Marchiâ concessio anno 1611. quod refert Joach. Scheplitz. *ad*
Consuet. March. P. 4. Tit. 6. S. 1. n. 11. vivis coloribus ita depinguntur:
Daß sie che die Schaffe abgenommen nach der Wolle lauffen/
reithen/ fahren/ dieselbe bestellen und mit ihren eigenen
Gewichte an sich bringen/ und denen armen Tuchmachern
dieselbe oft einen Stein drey oder vier Silber groschen theurer
verkauffen/ oder ihr Tuch umb einen geringen Werth an sich
bringen &c. Vid. ibi plura. Huc referenda Societas Anglico-
rum Adventurarium Stapulariorum, quæ licet à coëmitione An-
glicorum pannorum non indistinctè omnes arceat, eoque minus
justè Monopolii incusari videatur, non concedit ramen, ut alii, ne-
dum Germani in foro pannorum ordinario (Blackwittthal) pan-
nos emant. Præprimis verò tantò inde exteri, imo ipsi Angli, qui
Collegii membra non sunt, vestigalium onere premuntur, ut eo-
dem, quò Adventurarii, pretiò pannos divendere nequeant, imo
utut ingentia vestigalia quis ferre vellet, evectioem tamen pan-
norum (Licentiam vocant) eidem pari secum numero Isti non per-
mittunt Max. Faust. ab Aschaffenb. *de Aerario Cl. 16. Conf. 141.* Hinc
Civitates Hanseaticæ anno 1582. 2. Jan. in publ. Imperii Comitii
coram Imp. & Electoribus de Monopolio isto in Rom. Germ. Im-
perio graviter conquestæ sunt. Vid. Thuan. *Lib. 119. Historiar. &*
Marquard. à num. 15. usque ad 19. inclus. qui & querelæ contenta
Civ. Hanseat. & Adventurarior. jactitati Privilegii capita tradit.
Plura qui cupit exempla de frumenti, vini, olei, lupuli, equorum,
bouvum, aliarumque rerum ad usum humanum necessariorum Mono-
poliis, adeat Klock. & Faust. *de Aerar.* aliosque Auctores consulere
potest, qui varia ista in Europâ præsertim Monopolica instituta an-
notarunt, cum mihi hæc in parte brevitati litandum fuerit.

XIII. Cæterum quamvis Monopolium proprie ac strictè
ita dictum, Dardanarium & Negotiatorum, Artificumq; Pacta,
Conventiones, Conspiraciones ac Statuta quævis illicita inter se
differre jam tum ostenderim, tamen hoc nihil prohibebit, quin
hunc etiam ipsum Monopoliis annectam, & reliqua illa eorum
Similia & Affinia, imò impropria & quasi-Monopolia dicam ac
constituam. Dardanarii (de cujus vocis origine & Synonymis Vid.
Schönborn. *L. 3. Polit. c. 45. in f. Calvin. Lexic. Jur.* Dionys. Go-
thofr. *not. ad L. 6. de extraordinar. crim. lit. m.* & omnes omnino
Commentatores *in w. d. t. & ad L. Jul. de annon.*) ex *d. L. 6. & L. 37.*
de pæn. ita describi possunt, qui vel merces coemptas supprimen-
do, vel minus uberem proventum expectantes suos fructus justò
pretiò vendere recusando, vel falsum mensurarum modum con-
stituendo annonam attemptare & vexare solent. Add. *Synta-*
gmatici illi Autores, qui in omnium manibus versantur. Quod
ad pacta illicita attinet, tale erit, si opifices conveniant ne quis ma-
jori vel minori pretiò opus suum vendat, quàm alter. Vid. *Recess.*
Imp. 1548. & Ref. Pol. 1577. §. 1. Huc accommodari etiam potest Ju-
stiniani *Imp. Nov. 122.* ad quam Vid. *Conr. Rittersh.* Item, si Ne-
gotiatores rebus & mercibus quibusdam æstimationem certam ac
pretium pro lubitu suo constituunt, de quibus *Imp. Zeno l. c. ibi:*
ne quis illicitis conventionibus conjuret &c. & modò laudat. *Con-*
stit. Imp. Vel si conspirant, ne nisi pretiò infimo emant à domi-
nis mercium, B. Dn. Hahn. *in Wesenb. Tit. de serv. export.* De pre-
tii qualitate generatim videri potest *Andr. Dinner. Diss. de justo*
rer. pret. def. Utrum autem in duobus hisce casibus posterioribus
Mercatores civibus suis damna inde nata restituere teneantur, Vid.
famosi illi Theologi Moralistæ Molina, Lessius, de Lugo *loc. cit.*
qui ipsimet hinc fluctuare & inter se collidere, satis tamen subtiliter
inter Justitiam & Charitatem, ac diversa pretia sibi distinxisse vi-
dentur. Sed enim nihil tam illicitum est, cui non fuxili aliqva
restrictione fucum illinere satagunt morum isti Informatores,
quò nomine cordatis nostratibus ubiq; vapulant, & imprimis Dn.
Zieglero passim in absolutissimis *Commentar. in Grot. & Lancel-*
otti Jus Canon. Ad Classè hanc Monopoliorum Analogico-
rum in Pactionibus Negotiatorum illicitis consistentium referunt
etiam

etiam fraudes illas & collusiones, quæ in Cambiis interdum committuntur. Ut si, mercatores divites ac potentes accipiendo in cambium & per viam aliarum negotiationum omnem pecuniam hinc inde corradant, & congerant, ut postmodum alii pecuniâ indigentes cogantur ab ipsis cambio accipere maximo cum fœnore. Vid. copiosius de his tractantes Sigism. Scacc. *de Commerc. & Camb. q. 7. part. 3. lim. X.* & Joh. Martin Vogt *de Cambiis tam regular. quam irreg.*

XIV. Porro de Collegiis & Sodalitiis constat, alia olim apud Romanos fuisse licita, & permessa, alia illicita s. non permessa. Illa, quibus coëundi jus Lege vel SC. (hodiè consensu Imperatoris, vel reliquorum Imperii Statuum) permissum esset *L. 5. π. de Jur. immun. L. 1. π. quod cujusq. univers.* uti bonarum literarum & eruditionis parandæ ergò, Colleg. Doctorum & Scholiarium *Auth. Habita. C. ne fil. pro patre*, religionis causâ, Judæorum Colleg. concessione Augusti *L. 1. §. 1. π. de Colleg. & Com.* & utilitatis publ. gratiâ, quò in genere figulor. fabror. ærar. pictor. aurificum, cerdonum, coriarior. navicularior. & eorum qui annonæ Urbis serviebant, in Veterum Libris recensentur. Atq; hæc & similia potestatem ex Lege habebant pactionem, quam vellent, sibi ferre, dummodo ne quid ex publ. Lege corrumpere *L. fin. de Coll. & corp.* Illegitima existimabantur utiq; omnia, quæ non ex SC. vel Principis auctoritate coissent *arg. L. 1. §. 2. L. 3. §. 1. eod.* & non tam propter commensationum ac computationum intemperantiam, quam propter metum factionum & seditionum prohibita erant. *Dn. Hahn in Wes. b. t.* Has veritus Imp. Trajanus Plinio Secundo Bithyniæ Proconsuli, fabrorum Collegium ut in Nicomedensium civitate institueretur petenti, assensus non est. *Lib. 10. Epist. 43.* Add. Barn. Briffon. *Ant. sel. Lib. 1. c. 14.* Itaq; ex hac ratione omnia Sodalitiorum & Collegior. pactio ac conventiones Monopolis æstimavit Imp. Zeno, quæ salutem publ. fugillare possunt, ibi: *Edificior. quodq. artifices vel ergolabi aliorumq. operum profesores & balneatores penitus arceantur pacta inter se componere, ut ne quis quod alteri commissum sit opus impleat, aut injunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat &c.* Id quod plenius reperit idem cordatissimus Princeps in *L. ult. §. ult. C. de edific. priv.* & Statutū ejusmodi, daß was einer

6
einer angefangen / oder zugeschnitten der andere nicht ausmachen
dürffte tale quid sapere testatur Dan. Moll. *Lib. 2. Sem. str. c. 15.*
& Responso confirmat B. Da. Carpz. *Jurispr. for. Const. 6. def. 11. n. 4.*
Meminit hęc Sanctio Zenon. Balnearum, ubi tenendum, in nul-
lis antiquorum Operibus plus luxus & insanie cerni, quàm in
Balneis & Thermis Imperatorum, quas in provinciarum modum
extructas Ammianus conqveritur, & reliquias aliquarum adhuc
testantur. Conf. Joh. Rosin, *de Antiqv. Rom. à Tb. Dempstero Pan-
lipom. auctus.* Balnea autem publ. die offne gemeine Badstuben
Magistratus certâ mercede locare, indeq; hand exiguos redditus
conseqvi solebant; hi verò Conductores diversimodè inter se
conspirabant. Vid. Sichard. *b. n. 9.* Proinde spectant huc omnia Ar-
tifi- & Opificum quorumvis Statuta illegitima, de quibus etiam su-
pra quædam dicere anteverti, quorumq; teste Sichardo Italia, Ger-
mania, imò omnis terra plena, ut adeo pauca tantùm hęc anno-
tasse sufficiat. Nempè 1. Si artifices Statutum ejusmodi condant, ut
nemo doceat artem nisi tantò pretiò, vel minori tempore, quàm
triennio, vel quadriennio, cùm illa tamen minori doceri possit.
Tib. Decian. *Tr. Cr. L. 7. c. 21. n. 16.* quod laqueo dignum judicat P.
Gregor. *de Rep. Lib. 13. n. 4.* Vid. *Reichs-Absch. zu Regenssp. 1594.*
2. Quod Typographi & Chartarii hodiè inter se conveniant, ne-
minem admittendum esse, ut vel Typographiæ, aut etiam Officiæ
Chartariæ præsit, nisi ipse prius huic arti operam dederit, atq; sic
nomen suum v. g. inter typhetas ipso actu professus fuerit.
Fritsch. *c. 12. n. 26.* cui simile illud, ut quis non debeat negotiari cum
lanâ, nisi prius lanificii artificii didicerit. Klock. *de Ærar. c. 14. n. 7.*
3. Quando Laniones paciscuntur, ut omnem carnem inflent, quò
frusta graviora, majora, & elegantiora appareant Althus. *Polit. c. 32.*
n. 25. & Pistores, dum manus & brachia aceto & oleo lavant, ut
panis exhaletur, & major appareat. Klock. *l. c. n. 4.* 4. Cùm Me-
chanici reliqui disponunt, ut molitor. textor. tonsor. balnearor.
pastor. ovilium & ribicinum filii à Collegiis & publ. functionibus
excludantur. Vid. *Res. Pol. 1548. Rubr. von Handwerks Söhnen*
&c. Da. Carpz. *Lib. 6. T. 10. Resp. 99.* Schulz. *Synops. Inst. Tit. 2. lit. b.*
Possunt hęc agmen claudere Sortiarii, s. ollarum vel urnarum for-
tuna circumforanei, Germ. *Glücks-Töpffer / Glücks-Häffner / qui*
G
contra

contractus aliàs dicitur sortium s. Loteria, item la Raffe & Riffe; Mart. Delrio *disquis. Magic. T. 3. Lib. 4. c. 4. q. 2.* & modus lucrandi notissimus est, ut nullà prorsus descriptione egeat. Hos ipsos in benè constitutâ Rep. non ferendos ob clandestinas artes & varia incommoda, quæ à vigilantissimo etiam Magistratu præcaveri non possunt, rectè monent H. Lath. *de Censu Lib. 3. c. 15. inf.* Casp. Klock. *de Arar. Lib. 2. c. 118. n. 4.* & citati Autt. Magnif. Dn. Struv. *Synt. J. Civ. Exerc. 15. th. 58.* ut maximè communiter eos admittant alii, arg. *L. 8. §. 1. de contr. emt. L. 12. & 13. de act. emt.* ac certis possoris cautelis. Conf. hîc, si volupe, ulterius Molin. *Disp. 509.* de Lugo *Disp. 31. n. 91.* qui plures alios ex familiâ suâ citat, Wehner. *Obs. Pr. V. b. Besold. Thes. Pr. cum addit. Christ. Lud. Dieter. cõd.* & qui de hõc in utramq; partem disputant D. Contr. Schlüsselbergers *Bedencken von Glücks-Topff* & G. Harßdõffer in dem grossen Schaw-Platz lust und lehrreicher Geschichte *sub rubr. b. Tit. 198.* Plura verò ejusmodi occulta Artificum & absurda Statuta suppeditant Dom. Arum. *Vol. 2. J. Publ. Disc. 9.* Besold. *Tr. de Jure Colleg. aliive,* quæ congerere hîc nec vacat, nec attinet, cum ex allatis hisce exemplis satis pateat, quænam magis vel minus ad Monopolium accedant, & quousq; in Rep. toleranda eadem sint.

XV. Sed revertendum nunc ad Monopolium nostrum, quod dicendi occasionem præbuit, & de Antiquitate ejus quædam afferenda, de quâ ipse Philosophus luculentum perhibet testimonium, eamq; duobus egregiis exemplis confirmat *Lib. 1. Polit. c. 11.* Unum est Thaleris, illius Graciæ Sapientum facile Principis, (id quod paulo aliter refert Cic. *Lib. 1. de divin. & Democrito tribuit Plin. Lib. 18. c. 28.* sed parum ad nos) qui, cum à quibusdam paupertas eidem exprobraretur, & per ipsum Philosophiæ latus peteretur, quasi inutilis illa esset cultoribus suis, observatõ ex astris magnò proventu in sequentem annum olivarum, corrasâ exiguâ pecuniâ hyeme præcedente conduxit omnia torcularia, & ad redarguendos obtrectatores suos magnam inde pecuniæ vim coëgit. Ut ideo Sapientem hunc ad Monopolus hand sine injuriâ detrudant Menoch. *sep. cit. loc. n. 2.* & Andr. Dinner. *de just. rer. prer. def. c. 3. n. 3.* Conf. Tib. Dec. *a. l. n. 2.* & Donaldson. *Synops. Oeconom. p. m. 415.* Alterum est incerti cujusdam

6
dam Sicrii, qui pecuniã quãdam apud se depositã omne ferrum
ex ferri fodinis certò modò coëmit, & quinquaginta illis talentis
50. alia inde adjecit. Vid. longè doctissimi Piccarti elegantiss.
Comment. *adh. l. p. m. 141.* Aliud de Heracleoris refert idem
Arist. *Lib. 2. Oecon.* nec non Pythoclis inventum de plumbo
Tyrio coëmendo, unde lucrum faceret Atheniensis populus. Sic
frumenti Monopolium tangit Procopius *Lib. 2. de bell. Pers.* & auri
apud Tauriscos *Lib. 4.* ac Serici in *Histor. Arc.* Item Monopolii e-
rinaceorum, quibus expoliuntur vestes, meminit Plin. *VIII. 37.* Et
Strabo *Lib. 17.* commemorat sub Romanis Alexandrinos Indicar.
& Æthiopicarum mercium habuisse *μονοπωλείαν.* Nec opus
peregrina adeo ut indagemus exempla, habemus in sacro Codice
domestica Christiani Indigenæ, eaq; longe antiquiora, Josephi
nimirum, Ægyptiaci illius Proregis, institutum præ aliis hinc com-
memorandum. Vid. & cum admiratione lege *Genes. c. 41. & 47.*
Verùm factum hoc Josephi nec Dardanariatùs, nec Monopolii
in simulari debet, cum quicquid Josephus fecerit, id publicã auto-
ritate fecerit, cui accessit etiam jussio divina, quæ excusat, quic-
quid humanæ rationi absurdum hinc videri posset. Nec turpis i-
pse lucri cupidus erat, sed omnia in publicam dirigebat utilita-
tem, neq; à coëmitione arcebat alios, sed frumenta superflua so-
lùm colligebat. Conf. omnino B. Dn. Luther. *T. VI. Witteb. Germ.*
Tit. von Rauffhandel und Bucher. Dannhauer. *Coll. Decal.*
Disp. 17. Part. alterâs. 8. & ex J. Cris. Petr. Greg. *Synt. Jur. Univ.*
Lib. 36. c. 30. n. 3. inf. Scacc. de Commerc. qv. 7. Part. 3. Lim. 10. n. ult.
Alterum aliud de Salomone Regum sapientissimò legitur, quan-
do eqvos in Ægypto extraneis absq; Salomonis, ipsiusve instito-
rum potestate & concessione emere vel educere non licuit. Ve-
rùm hujus juxta ac Josephi antea memorati institutum bene ex-
plicat & propugnat P. Martyr *Loc. Com. Class. 4. Loc. 19. n. 12. 13.*
qui cum citatis aliisque SS. Interpretibus consuli potest, cum id
ad forum nostrum non pertineat.

XVI. Antiquitas autem hæc & vetusta profapia à multis
retro seculis deducta Monopolium ab Injustitiã, quæ id ipsum co-
mitatur, non absolvit. Neq; enim tantùm in foro externo odio-
sum maximè illud est, Sichard *adh. l.* quod ex 'universali ejus pro-
hibitio

hibitione & severisſimis pœnis infra patebit, ſed in interno etiam
Conſcientiæ grande Peccatum, cum Divinâ poſitivâ tum Naturali
Lege valde prohibitum. Nempe non ſolum qui illud exercent
non benefaciunt Proximo, ſed cæteris etiam, dum negotiari im-
pediuntur, benignitatis in Eum via præcluditur, cum tamen bene-
ficio adfici hominem interſit hominis, L. 7. *π. de ſerv. export. &*
Regum Sapienſiſſimus Salomo de hõc omnes admoneat Prov. 3. v.
17. dicens. Noli prohibere benefacere eum qui poteſt, ſed ſi vales ipſe be-
nefac. Ideoq; ejusmodi quæſtus illiciti ſtudium, quod in tenues
civium familias famem & egeſtatem immittit, directò pugnat
cum fraternâ Charitate & dilectione proximi, quam ex omnibus
virtutib; maximè inculcavere ſuis Saluator noſter, & Apoſtoli E-
jus, quippe quod ipſa alterum illud magnum Legis Præceptum
conſtituat & abſolvat, & ſigni inſtar ſuos indicet fideles. Graviter
hîc perorat jam tum laudatus Salomo *Prov. 11, 26. Maledicetur in*
populis qui abſcondit frumenta, benedictio autem ſuper caput vendentium.
Ac quàm exoſi ſint Divino Numini farinae hujus negotiatores, in-
primis docet notiſſima Parabola de divite illo Dardanario *Luc. 12.*
qui dolci fortunâ ebrius tragicam viræ catasrophen naſtus eſt.
Elegantia ſunt, quæ de hoc ipſo meditatæ ſunt Ambroſius relatus
in c. 8. Diſt. 47. ac Baſilius in illud: Deſtruam horrea mea citatus
Dannh. Coll. Decal. Diſp. 17. part. 1. §. 5. & de hiſce Flagellatori-
bus annonæ præprimis duo ſunt illuſtres loci Iſid. Peluſiotæ Lib. 1.
epiſt. 399. & Lib. 3. ep. 83. Ajunt te, inquit, inexplebilem quendam &
ſævum eſſe annonæ cauponem, obſervatorem temporum & captorem lucri,
ejusq; ex alienis calamitatibus demeſſorem. Intelligis opinor tibi clauſa
eſſe DEI viscera, ut tua tu claudis aliis: humanitati igitur cede, hoc re-
putans non tam ope tuâ alios egere, quàm tum egeas DEI. Digna etiam
oppidò ſunt, quæ hîc legantur, verba Megalandri noſtri Luheri,
cordati Zeli, uti omnia Ejus, plena in Tr. von Kauff. Handel
und Wucher: Solche Kauffleute thun gerade / als wenn
die Creaturen und Güter Gottes allein für Sie geſchaffen /
und geben / und alß möchten ſie dieſelben den anderen nehmen
und ſehen nach ihren Muthwille n. Hinc & Germanorum
noſtratium illud: Aus Für- und Auf-Kauff böſer Mänſe
freyen

6
freyen Lauff wird der Arme gefressen auff. Add. Besold. *con-*
sid. pol. vit. & mort. Lib. 1. c. 2. Quapropter tanquam abomi-
nabiles ex Templo DEI ejciendos Monopolas dicit Joh. Hugo
Selestadiens. *Tr. de Off. 4. pvalator. §. penult. de tuend. subd. & c. n. 4.*
arg. c. 12. 13. dist. 88. & apud Goldast. T. 1. Const. Imp. Fritschio c. 5. ci-
tatum MONOPOLIUM Imp. Sigismundo piissimis verbis dicitur
gravissimum peccatum, *Ref. Pol. Tit. 22.* wie man dem Fürkauff
fürkommen soll: wenn wir in Fürkauffen unsern Nächsten
schätzen/ und betriegen wissentlich/ so brechen wir das Geboth
Gottes/ und ist eine Todtsünde/ das ist nun als gemein wor-
den / daß Männiglich Todtsünde auff ihn hat. Interdum
etiam hosce Curculiones justo DEI judicio pœnis presentibus in
hâc vitâ affici horrendo exemplo, quod in Sveciâ contigit, testa-
tur H. Lather. *de Censu c. 7. n. 83. aliq; complures.*

XVII. Deinde Naturali etiam Juri contrariantur MONOPO-
LIA, ex notitiis illis naturalibus constituto, quas non potentia sed
actu ipso omni homini inesse ostendit Apostolus, *Rom. 2, 15.* ubi
dicit opus Legis *γεννητον* esse in cordibus eorum, Vid. Magn. Du-
Ziegl. *Mecœnas meus Not. ad Grot. de J. R. & P. Lib. 1. c. 1. §. 17.*
Enimvero hoc tribui suum cuiq; vult, & non patitur dicente *Cic.*
3. de Off. ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes au-
geamus, & ut quisquam cum alterius onere & injuriâ fiat locu-
pletior L. 14. π. de cond. ind. L. 206. de R. J. & c. 48. eod. in 6to. adeo
ut pupillis etiam lucrum iniquum sit extorquendum *L. fin. C. de U-*
suc. pro emt. itemq; Ecclesiæ, GL. & Brech. ad Auth. qvires C. de SS.
Eccl. ut maximus cæteroqvin favor utriusq; sit. Sane & liberta-
tem commerciorum eadem tollunt, quæ tamen ob universalem
Societatis humanæ utilitatem introducta Juris Gent. esse perhi-
bent etiam LL. Civiles Romanæ *L. 5. π. de J. & J. L. 17. §. 2. π. de*
Inst. act. Tib. Decian. Consil. 44. n. 115. v. 4. Inde Honorius &
Theodos. Imp. in *L. 3. C. de commerc. & merc. nobilioribus, utpote*
plerunq; potentioribus, perniciosum in urbe mercimonium e-
xercere prohibuerunt, ut inter plebejos & tenuiores negotiatores
facilius esset emendi vendendiq; commercium. Jam quæ ma-
jor in Rep. Tyrannis esse potest vel Pestis potius, quàm interturba-
ris

is commerciis rerum necessariarum ad vitam tuendam usum
pendere à paucorum hominum ac unius sæpe arbitrio & avaritiâ,
ita ut Sycophantæ meritò hi possint appellari & quadruplatores
ex alienis dispendiis quæstui suo insistentes. Tib. Decian. *Tr. Crim.*
Lib. 7. c. 21. n. 3. Et verò quid aliud sunt Monopolia, quàm publi-
ca Furta, & depredationes, civilis societatis disturbance, & ma-
nifestæ turpitudinis communiones, quæ nihil deterius accidere
Commerciis potest. P. Gregor. *Lib. 4. de Rep. c. 7, n. 41.* Sub fur-
ti enim appellatione omnes fraudes, quæ ad proximum circum-
scribendum, despoliandum, pauperandumve quocunque modo
vel vi vel clam adhibentur, contineri haud dubitandum, v. c. si
quid publicanus extra constitutum extorquet, species furri est, &
abigei, raptores, sepulchrorum violatores, parietum perfossores,
debitorum inficiatores, depositorum abnegatores & id genus o-
mne fraudatores pro furibus habendi ad 7. præceptum Decalogi
pertinent &c. Vid. Salmas. *de sæn. trapez. p. 105. & s. 6. J. de Obl.*
quæ ex del. nasc. Sed enim Monopolium non est furtum crassum,
sed subtile, rectum, & cersuâ blandiens, quod peccati genus uno
generalissimo nomine Avaritia appellari potest (quanquam aper-
tam quoque furandi rationem complectatur) quæ, rapax præter-
rim, tenaci sic contradistingvi solita, per omnes Contractus dif-
funditur, verum suâ subtilitate ita fallit, ut nullum vitium aliud
aut ad exactiorem definiendi imperscrutabilius, aut ad excusatio-
nem speciosius videatur. B. Dn. Dannhauer. *Colleg. Decal. Disp. 17.*
Part. alt. pertot. Jam furta cum majora & magis aperta, tum
minora, & callidiora Jure Naturali turpia esse & prohibita ne-
mo facile inficias iverit *L. 1. §. de furt. L. 42. de V. S. §. 1.* Ut maxi-
mè enim urgeas Jure demum Gentium rerum dominia distincta
fuisse *L. 5. §. de J. & J.* & dominium à naturali possessione coepisse,
L. 1. de acq. poss. tamen si cum Magn. Dn. Strauch. *Dis. de Imperio*
Maris c. 1. §. 8. inf. inter dominium ætiale s. in ætu secundo, &
potentiale s. in ætu primò distingvatur, quod ipsum ipsis homi-
nibus fuit coævum, ac nihil aliud quàm potestas occupandi &
possidendi, nihil obstabit, quò minus dicamus ipsâ Lege Natu-
rali antiquissimâ & cum hominibus natâ Furta esse prohibita, ut-
pote quæ vult neminem cum alterius injuriâ fieri locupletionem.

&

6
& alce i facere prohibet, quod sibi quis fieri nolit Vid. Hahn. ad
Wes. Tit. de Furt. n. 7. Bachov. ad Trentl Vol. 2. Diss. 30 th. 1. lit. b.
Ludwell. Comment. ad Inst. de Obl. quæ ex del. nasc. §. 1. n. 7. & ad
Wesemb. edit. Malcomes. Tit. de Furt. n. 7. Et imo divisio dominio-
rum Jure Naturæ nititur, non Legibus humanis solum seu Genti-
um, seu Civium. Quorsum enim præceptum de non furando,
quod naturale & morale est, si hominis animalis statui naturali-
ter non competeret proprietas. Dn. Ziegl. ad Groc. Lib. 2. c. 2.
§. 6. siquidem etiam Jus Nat. generalia quædam axiomata con-
tinet & regulas, quæ tamen in exercitio applicari nequeunt, nisi
positâ certâ actione humanâ, aut certô hominum Statu. Conf.
Groc. de J. B. & P. Lib. 1. c. 1. §. 10. & iterum Dn. Ziegl. ad eund.
Add. ultetius de hâc Monopolii Injustitiâ Joann. Graef. de Regal.
c. 32. n. 22. Aug. Barbos. ad. Tit. & l. un. h. n. 4.

XVIII. Cæterum, si in concreatâ integritate perstitisset Ge-
nus humanum, & unusquisq; nostrum clarius intelligeret quid
agendam sibi esset, & sponte officium suum faceret, adeo ut aut
nullô aut paucissimô Jure humano positivô uteremur. Ast he-
betatô per lapsum intellectûs lumine, perversâ voluntate huma-
nâ, & affectibus ac pravis concupiscentiis prædominantibus
runc statim à DEO Ter Opt. Max. Generis humani Governatore,
& præceptorum suorum Vindice Superiores & Magistratus his in-
terris constituendi fuêre, qui illa Naturalis Juris dictamina Legi-
bus certis plenius explicarent, ac firmarent & ad observationem
eorum homines metu poenarum statutarum adigerent. Vid.
Nobiliss. & Excell. Dn. Gvilielm. Lyser, Præceptor & Studior.
meor. Promotor ætatem devenerandus in elegantiss. Diss. de Uni-
verso Jur. Studio ad calarnum olim publ. dictat. Hinc cum Mono-
polia simpliciter & in se considerata tantâ injustitiâ laborent, ac
tantum detrimentum Reip. civibusq; singulis calamitatem in-
ferant, necessitas utiq; & rerum humanarum conditio efflagita-
vit, ut iniquitas eorum Legibus Civilibus exponeretur, & prohi-
beretur gravissimè. Vid. H. Lather. c. l. n. 8. Marqv. a. l. n. 43.
Scip. Ammir. Lib. 12. ad Tac. Disc. 3. alii. Quamvis autem pro-
pter vitium temporum pravitas hæc lucratoria sapius oblitterata
ac neglecta fuerit, Sichard. a. l. omni tamen ævo Principes cor-
dati,

dati, & Magistratus extiterunt, qui in illam præcavendam & aver-
tendam curas cogitationesq; suas defixerunt. Sic de abolendis
Monopoliis laborasse Senatum Romanum antiquum tradunt
Plin. Lib. 8. c. 37. Christinae. Vol. 3. Decis. Belgic. 98. Eum in fi-
nem constituti fuere Aediles, Cereales illi imprimis, *Ἀγορευοῦσι*.
sommerciorum Comites, similesq; qui curarunt, ne commercia
illicita exercentur, & venditorum fallacias compescuerunt, de
quibus mentio fit in L. un. C. de Annon. & capit. L. 2. C. quæ res ven.
posf. L. 6. C. de commerc. & merc. Vid. Frantzk. Comment. in Dig. Tit.
de Aedil. ed. n. 2. Iple Turcarum Imperator reverentiam subdito-
rum sibi conciliat, turbasq; & motus præcavet, dum curat, ne an-
nonæ ullo tempore caritas oriatur. Renat. de Lusing. de increm.
Imp. Lib. 2. c. 4. De Poloniae felicitate hæc in parte testatur Marqv.
a. l. n. 13. Præ aliis vero nominandus merito est & laudandus
Augustissimus Imp. Zeno qui sæpius memoratâ Pragmaticâ San-
ctione omne MONOPOLIORUM exercitium prorsus tollere annisus
est. Verba ipsa merentur hîc legi integra: *Jubemus ne quis cujus-
cunq; vestis vel piscis, vel pectinum forte, aut echini, vel cujuscumq; alte-
rius ad victum vel ad quemcunq; usum pertinentis Speciei, vel cujuscunq;
materiæ pro sua autoritate, vel sacro jam elicto aut impostero eliciendo
Rescripto aut Pragmaticâ sanctione vel sacra nostræ pietatis adnotatione
Monopolium audeat exercere.*

XIX. Ex his tria notata digna eruere liber. Primum est,
Constitutionem hanc loqui de privatis personis, & de istis Com-
munitatibus, quæ commodi privati ergo cum Reip. damno Mo-
nopolia exercent, minimè verò de integris Societatibus, & Col-
legiis publ. quæ propter Bonum publ. promovendum quandocumq;
ea tractant, de quibus forsan infra dicendi occasio dabitur. Alte-
rum, Zenonem irrita hîc reddidisse & annihilasse omnia Rescri-
pta, & Privilegia Monopolica Antecessorum suorum. Etenim
Principis gesta si ita comparata sint, ut vel ab initio ipsius conce-
dentis, aut tertii cujusdam utilitatem lædant, adeoq; publicè da-
mnosa fuerint, vel mutatis circumstantiis ex post facto esse cœpe-
rint, virtutem suam statim perdunt, & ab ipso Concessore summo
Principe (cujus actus non alterius voluntatis humanæ arbitrio,
bene tamen suo subjacent) & ab Ejus Successore, qui eodem jure
utitur,

6
ntitur, & proinde habet eandem potestatem, licito revocari ac re-
scindi possunt. Vid. Grot. de J. B. & P. Lib. 1. c. 3. §. 7. De hac
integrâ vero Qvæst. an & qvomodo facta Antecessoris rata habe-
ri debeant à Successore, conf. Bodin. de Rep. Lib. 1. c. 7. Bachov. ad
Tr. Vol. 1. Disp. 6. §. 7. lit. b. & ad Wes. Tit. de Const. P. P. Hahn. eod. n.
2. Tabor. de Oblig. success. in Off. c. 5. n. 21. seq. Reinking. d. R. S. & E.
1. Cl. 3. c. 10. n. 42. Molin. Tr. 2. Disp. 25. n. 3. Grot. de J. B. & P. Lib.
2. c. 14. n. 10. seq. Dn. Ziegl. in Nor. ad eund. p. 126. qvi plures alios
citat, & Dn. Lyser in Colleg. priv. ad Beckeri Synops. J. P. Lib. 2. c. 4.
§. 3. Tertium est, cordatissimum hunc Imp. cum antea elicita &
à se concessa tum imposterum elicienda & à se concedenda
Rescripta & Privilegia Monopolica ipsummet revocare &
annullare. Qvod enim nec Princeps tale quid simpli-
citer concedere possit, ratio hæc est, qvod Imperii Civilis li-
mites sine ac scopô Reip. qvi beatitudo civilis est, vel salus pub!
definiantur, atq; adeo nihil possit jure imperari in civitate, qvod ad
scopum illum non pertinet. Vid. Jac. Lampad. de Rep. Rom.
Germ. Part. 1. §. 5. seq. & in eruditus. annot. ad eund. Magnif. Dn.
Conring. Polyhistor Jurisq; Publ. Doctor per Orbem clarissim9,
Præceptor & Hospes qvondam meus in Illustri Acad. Jul. & etiam-
num Patronus submissè colendus. Quantumvis & hoc ve-
rum, qvod Principi etiam contra Jus aliquid imperanti sit obtem-
perandum, modò illud absq; peccato fieri qveat, cum debitum o-
bediendi latius se extendat qvàm Jus imperandi, qvod circum-
scriptum est justitiæ Regulis. Dn. Lyser Juris privati & publ.
Consultus inclytus in doctis ad Aur. Bull. Discurs. privatis, ad Præfat.
verb. De Imperiali potestat. plenitud. Porro omnia hîc Rescripta
indistinctè nullius momenti esse jussit Zeno, eâ potissimum de
causâ, qvia non rarò contingere solet, ut per sub & obreptionem
ad falsa narrata talia impetrentur. Et verò Exceptionem hanc,
desumptam ex L. 29. π. de fals. L. 2. C. de LL. & ex L. 1. C. si nupt. ex
rejec. pet. patiuntur libenter Principes omnes Rescriptis suis op-
poni, imo si quis judicium eam non admiserit, decem libris auri
multari jubetur L. 3. C. si contra jus & util. publ. Vid. A. Perez. ejusque
Additionator Dn. Eyben, JCrus nunc Helmstadiens. inclytus ad
Tit. h. & conf. omnino Dn. Lyser. d. l. qvi qvicqvîd ejus est more
suo subtiliter expedit.

D

XX. Jam

XX. Jam sedendum in viam unde diverſi, & maximè pe-
re etiam de præ dicanda venit cura ac ſollicitudo, quam in Mono-
poliorum pravitate abolendâ in Imper. noſtro Rom. Germ. An-
guſtiſt. Imperatores & laudabiliſſimi Status conjunctim, & quili-
bet in territorio ſuo ſeorſim quovis tempore adhibuerunt. Hujus
in teſtimonium compluria proſtant egregia monumenta, ac per-
tinet huc Imp. Sigism. *Wilt. Reform. inter Conſtit. Imp. relata Gol-
daſto p. 190. & ex eod. cit. Limhæo ad Capit. Carol. V. art. 17. verb. groſſe
Geſellſchaft, Maxim. I. Imp. in Receſſ. Imp. Treviro-Colon. an. 1512.
ſ. und nachdem. p. 101. edit. nov. Mog. cujus Conſtitut. aureæ verba
potiſſima præ aliis huc tranſcribere ſufficiat: Nachdem etwa
groſſe Geſellſchaften in Kauffmanſchaften -- auch etliche
ſondere Perſohnen ſind / die allerley Wahre und Kauff-
manns Güther -- in ihre Hände und Gewalt allein zu brin-
gen ſich unterſtehen Fürkauff darmit zu treiben -- haben wir
zu Fürderung gemeines Nußes und der Nothdurfft nach ge-
ordnet und geſetzt / und thun das hiemit ernſtlich und wollen/
daß ſolche ſchädliche Handthierung hinführo verbotthen und
abſey / und ſie niemands treiben oder über ſoll. Item Carol. V.
in Rec. Imp. Norimb. an. 1524. & in Conſtit. Bruxellæ edit. Omne id
etiã brevius repetitur in Rec. Imp. Spir. an. 1526. & 1529. Et cum
hiſce egregiis LL. latis nihilo ecius labes hæc graſſaretur, majori
eam ſeveritate aggreſſi ſunt Reform. Pol. Auguſt. 1548 ſub. Rubr. b.
& in Rudolph. II. Imp. Ordin. Pol. reform. Francof. 1577. Tit. 18. Hiſce
Decretis & Receſſibus Imperii egregiè adſtipulantur majusq; pon-
dus addunt Capitulationum Leges, uti patet ex Capitul. Caroli
V. art. 17. Ferdin. I. art. 16. Matthiæ art. 17. Ferdin. II. art. 16. Ferd.
III. art. 19. Ferd. IV. art. 18. & Inviſtiſſimi Imp. moderni Leopoldi
I. art. 20. in quibus duobus poſterioribus verba hæc digaa an-
notatione addita: Wir ſollen und wollen --- auch keines we-
ges jemanden einige Privilegia auff Monopolia ertheilen/
ſondern da auch dergleichen erhalten / dieſelbe vielmehr als de-
ren Reichs Satz- und Ordnungen zu wieder wiederum ab-
ſchun*

6
Abun und aufheben. Porro in suis etiam conditionibus de aver-
tendis Monopolis Principes & Domini quovis solliciti fuere, id
quod luculenter testantur Serenis. Sax. Elect. Augusti gloriosiss.
memor. *Ordin. Provinc. de an. 1555. sub Rubr. h. Ejusdemq; Torgav.
Edict. 1583. & Christiani Duc. Brunsv. & Luneb. Ordin. Polit. an.
1618. c. 19. §. wir wollen.* Sic Civitt. quoque Hanseaticæ malo
huic ingravescenti salutaribus Statutis sæpenumero obviam ive-
runt, prout apparet ex *Edict. Conventus celebrioris Hansæ 1598.*
quod integrum exhibet *Marqv. d. l. n. 14.* Caterum repetendum
hic omnino, Clausulam istam Capitulationibus Cæsareis noviter
adjectam magis clarè determinare voluisse, quod Imperator et-
iam ipse Constitutione hæc Imperiali de Monopoliis non toleran-
dis obligetur, uti Legibus aliis omnibus atq; Recessibus ab univer-
so Imperio latis, quia Sanctiones illæ, & imprimis Capitulatio
Cæsarem inter, Statusq; Imperii ferantur ac promulgentur per
modum conventionis juratæ, per verba Capitulat. ipsa *in pr.*
**Geding und Pactswaise vereiniget/vertragen/angenommen
und zugesaget/ R. J. de an. 1500. §. und wir Churfürsten Ordin.
Worm. 1521. vers. solches Regiment/** ut adeo ex proprio pacto
quod de Jure Nat. servandū *L. 1. §. de pact. eadē sit obstrictus. Magnif.
Dn. Carpz. beatiss. mem. J. Crus eminentiss. & in Serenis. Archi-
princ. Elect. Sax. Sanctiore Consilio Senator meritiss. Meccenas
noster & sacri ad Baptism. fontem Sponsor longè desideratiss. (cui
breviter quidem, sed eleganter & magnò cum lætu, ut ita dicam,
pareat Magnif. Dn. Ziegl. de Jur. Maj. Exerc. 13. §. 13.) Cōment. in L.
Reg. Germ. c. 3. sect. 1. n. 19. Limn. ad Capitul. Proleg. sect. 3. n. 29. seq.
Dn. Conring. Annot. ad Lamp. Part. 3. c. 2. §. 12.* An verò per
Capitulat. summo Imperatoris Imperio derogatur, ad id post
**Citel Friedrich von Heerden / in egregio Libello Grundveste
des H. Reichs & L. Baron, de Sprinckenstein in facie Imper.
modernâ Limn. Lib. 1. J. P. c. 12. n. 36. & Magnif. Dn. Strauch.**
JCum etiam sine titulo laudatiss. *Disput. Exoter. Jur. Publ. 4. §. ult.*
qui omnem hanc spinosam quæstionem, quam exteræ cum primis
Nationes genuinò rodunt, accuratâ enodant distinctione (quic-
quid

quid etiam in contrarium fatagat Oldenburg. *ad Instrum. Pac. P. 30 p. 46. 47.*) quod nempe non summirati Imperii, cum superior in Imperio Imperatore nemo sit, sed plenitudini tantum Ipsa deroget.

XXI. Multo magis definiendum, Constitutiones istas de Monopoliis prohibitivas omnes Imperii Cives ac subditos, non attentio ullius Privilegio, immunitate ac pretextu obligare debere, cum de hoc nos dubitare non sinat magni ponderis *S. fin. all. Reform. Pol. 1577.* qui propterea meretur hic legi: **Deßgleichen sol diese Gegenwertige Ordnung / Ordnung und Verboth mit allen Articuli und Innhaltungen manniglich so im Heil. Reich Teutscher Nation Handthierung treiben wollen / auch alle Fürstenthumb / Herrschafften Städte und Comun begreifen / und binden / und sie hierwieder einig Geleit / Sicherheit / oder Freyheit / in was Schein die immer seyn / oder fürbracht werden mögten / weder schützen / schirmen noch fürtragen / auch solche Ordnung in zweyen Monaten nach gescheneher publication und Verkündigung würcklich angehen.** Et verò iidem Imperii nostri Ordines Legibus hisce tenentur vigore Conventionis ac pacti, quod ipsum innuit Clausula Recess. Imp. adjecta: **Als haben wir uns mit ihnen und sie hinwiederumb mit uns verglichen.** Vid. *Da. Carpz. ad L. Reg. Germ. c. 3. Sect. 1. n. 14.* Quod autem Legis hujus novae obligatio post duos demum à publicatione vel insinuatione ejus menses incipere debeat, illud est ex *Novell. Justiniani ut facta nova Constitut. 66. c. 1.* desumptum, quæ licet de casu & negotio tantum singulari nempe de Testamentis loquatur, generaliter tamen accipitur, & usu servatur, cujus solidam rationem reddit *Zoël. ad Dig. Tit. de LL. n. 17.* Atque in *Cam. Spir.* hodie sic observatur, ut, cum à *Cæsareâ Majest.* Constitutionis seu Recessus per Imperium promulgatio, ab *Elect.* autem *Mogunt.* ejusdem insinuatione *Camerae* speciatim facta est, & in *Processu* aut *Synodo* novi quid introducitur, Ipsa per *commune Decretum* concessio ad divulgandum illud *spatio* litigantes, *advocatos* & *procuratores* desuper monere soleat, quæ nuper anno 1654. d. 7. Sept. **Moni-**

6
Monitorii loco datum est, cuius tenorem exhibet Malcomes. *Comment nov. ad Wesenb. p. 43.*

XXII. Ex haecenus dictis omnino sequitur, ut maximè Principes & Status Imperii vigore Superioritatis territorialis potestatem habeant condendi LL. provinciales & Statuta, non posse tamen eos per talia evertere, quæ adeo publ. LL. Imperii communi suffragio latis, ac publ. Imperii salutem tanguant. Casp. Klock. *de contrib. c. 8. n. 160.* Nic. Myler. *de Princ. Imp. Jur. c. 39. p. 364.* Atque sic eandem videmus restringi Legibus etiam Comitibus, ut non quidvis in dirionibus suis pro arbitrio imperent, ut in vectigalibus imperandis, Jure moneræ constituendæ &c. Jac. Lampad. *de Rep. Rom. Germ. P. 3. c. 14. n. 24.* Ut ita nec inferiorum Civitatum Statuta (quæ hodiè à Superioribus confirmari solent P. Heig. *l. q. 13. n. 29. seq.*) si Monopolica fuerint, à Superioribus suis robur accipere possint, cum, quod non directè conceditur, id nec per indirectum intelligatur esse permissum *arg. L. 7. §. 3. ad SC. Maced.* Sed qualem judicium de Præscriptione ferendum, quam Juris etiam Naturalis vel Gentium esse bene docet Dn. Conring. *Opere de fin. Imp. Germ. p. m. 361. 62.* Sanè Præscriptionem Longissimi temporis, cum vim habeat concessionis, jureque privilegii gaudeat, tale verò ceu saluti publ. adversum per superius deducta hinc non subsistat, Monopolia tueri non posse manifestum est *arg. L. 10. C. de SS. Eccl.* Nec Magistratus negligentia, dissimulatione vel conniventia contra universales LL. Imperii Jus aliquod privatis acquiri potest, imò & præscribens semper in malâ fide constitutus est, dum scit vel scire debet talem negotiationem Legibus esse damnatam *arg. L. penult. π. de Jur. & fact. ignor. & c. 2. de R. J. in 6. Conf. Limn. T. 3. J. P. Lib. 7. c. 1. n. 79.* Quid si autem Monopolium quoddam immemoriali Præscript. vallatum fuerit? Utiq; hanc locum hinc invenire dubitandum non est, cum ipsa longè præstantior privilegio ac firmior censeatur. Molina. *de Major. Disp. 584. n. 3.* habeatque vim Constitutionis Imperialis. Schurrff. *Consil. 45. n. 4.* Idem de inveteratâ Consuetudine, quæ hominum memoriam excedit *L. 1. §. ult. de aqv. & aqv. pluv. arc. p. onuntiandum, cum & hæc Legi æquip. l. ear L. 32. §. 1. de LL.* Maximè, si Monopolium præscriptione directâ vel consuetudine tali introductum non necessario, directò, & gra-

viter Reip. nocent, alioquin eadem eum irrationabilis contraria
Lege publ. tolli potest ac debet arg. c. ult. X. de Consuet.

XXIII. Verum enim vero evanesceret facile atque pessima
iret omnis, quæ circa LL. versatur, potestas, nisi pœna in transgres-
soris condignæ essent statuta, quibus circumspiciuntur quasi istæ,
ac robur suum intactum servant atque incolume. Vid. Grot. Lib. 2.
de J. B. & P. §. 16. in annot. Igitur fini huic exequenda sapius laud.
Imp. Constit. suæ gravem etiam pœnam subjecit, verb. *Si quis au-
tem Monopolium ausus fuerit exercere, bonis propriis exspoliatus perpetua-
te damnetur exilii.* Itaque pœna Monopolii de Jure Civ. Rom. Con-
fiscatio bonorum est ac perpetuitas exilii, sub quâ non venit Ban-
num, uti opinatur Sichard. utpote Juri Justinianeo plane inco-
gnitum, multo minus pœna capitalis, ut Odofred. ad h. l. nec foris
deportatio, quæ ignis, & aquæ interdictionis succedanea fuit, ut A.
Perez. in Cod. h. t. n. 1. sed relegatio perpetua. all. locc. Damhoud. n.
3. Decian. n. 33. Menoch. n. 23. Num vero publicatio vel confisca-
tio bonorum, solò Crim. Læf. Maj. aut hæreseos exceptò, hodiè sub-
lata sit, Vid. Ord. crim. Caroli V. art. 138. & Sixtia. de Regal. Lib. 2. c.
12. n. 95. Sed enim non ubivis pœnam hanc Jur. Civ. simpliciter in-
dicendam hodiè esse multi rectè censent, sed modò minuendam,
modò augendam, adeoque statuendam arbitrariam vel privatio-
nis bonorum, vel perpetui banni, vel tritemium, vel pecuniariam,
ritè & juxta religiosum arbitrium à Judice considerata semper fa-
cti ac personarum qualitate L. 79. x. de Judic. Damhoud. & Menoch.
sb. Apparet hoc etiam ex Constit. Imp. quæ Sanctionem Zeno
temperarunt, non absolute relegat. perpetuam, sed simplicem in-
definitamve statuendo. Ord. Pol. 1577. h. t. §. und wo die verb. *Ver-
weisung des Landes.* Alia quoque pœna in Imp. nostro singulis Mo-
nopolis decreta, alia Societatibus & Collegiis Monopolicis, illis
Relegatio, cui bonorum confiscatio adnexa, his bonorum publi-
cario, & denegatio salvi conductus, vel concessi ademptio. d. Ord. Pol.
§. hierauff haben Wir. Quod etiam discrimen observavit Zeno,
dum primates Collegior. illicitor. 40. libris auri mulctari decrevit,
quæ pœna & ipsa moribus nostris in arbitrariam abiisse videtur.
Jure Sax. Monopolæ itidem puniuntur exilio, in Electoratu verò
nostræ Saxonis Propolæ speciatim die *Vorkäuffer* qui per univer-
sara

6
sam mercium coemptionem caritatem inducunt, confiscatione
mercium, & præter eam 20. solidor. multa. Ordin. provinc. Aug.
1585. *T. h.* Sed & ejusdem Serenissimi Legislat. Edict. Torg. pro cir-
cumstantiar. ratione ac qualitate severiores iisdem minatur pœ-
nis. Duo obiter addo 1. quod Nobiles, si Monopolii Rei fuerint,
à Ludis equestribus seu Torneamentis removeantur, juxta Henr.
Aucup. *Constit. de Torneam. an. 989. Tit. 11. de Mercat. & Monopol.* quam
Latinè redditam exhibet Goldast. *T. 2. Imp. Const. p. 21.* 2. Quod No-
tarii seu Tabelliones pactiones Monopolicas literis consignantes
publicatione bonorum plecti debeant, uti post Decian. *d. l. num. 35.*
aliosve putat Menoch. *l. c. n. 25. arg. l. 1. C. ut nemo ad suum patrocini-*
Lib. 11. quanquam usui nostrorum temporum magis convenire au-
tument alii pœnam infamiae & amissionis Notariatus arg. 2. *F. 55.*
vel potius etiam arbitrariam per Maximil. I. *Constit. de Notari-*
1512. Fritsch. c. 15. n. 12. Verùm Judices & Magistratus inferiores,
qui summæ potestatis instrumenta sunt, Grot. de *J. B. & P. c. 5. n. 5.*
adeoq; ejusdem decreta non segniter executioni mandare debent,
præpediti vel affectibus, vel largitionibus plecti officium suum
sapissimè hîc facere negligunt, minimè secum reputantes, puras
manus DEO esse Regi, & Legi servandas Nov. 82. *c. 9. in fin.* Horum
adversus prævaricationes & collusiones insurgit quoq; Const. Ze-
non. 40. libris auri eosdem multando. Et vero quantâ semper tur-
pitudine, & odiô laborârit venalitas ista, & profana & sacra pagi-
na testatur, Conf. Dion. *Lib. 36. Exod. 23, 8. Deuter. 16, 19. 1. Reg. 8, 3.*
Quot autem modis aliàs animus humanus invertatur, eleganter
docet *c. 78. caus. 11. q. 3.* Eadem hîc & in nostro Imperio cura semper
fuit Imperatorum & Statuum, dum nempe Magistratus omnes se-
riô monere debet Fiscalis Cæsareus, negotia Monopolica intra
mensis spatium ut emendent pœnisq; legitimis vindicent. Quod
si præfixô ac statutô tempore hoc omiserint iidem, tunc Procura-
tor Fisci ex officio in eos ipsemet inquirere valet. Ref. Pol. 1548. *t. h.*
ubi Judicibus hisce inferioribus pœna etiam 100. Marcar. auri pu-
ri statuta. Tenendum autem, quotiescunqve certa auri massa
transmittitur, uti loquuntur Impp. in *L. 5. C. de susceptor. præpos. & ar-*
car. Lib. 10. Cinc marc & löthiges Goldes / ureos florenos Rhena. 72.
Marcam Colonensem constituere. Denais. in *Jus Cam. Tit. de Monet.*
Ed. n. 102.

Ed. n. 10. Ordin. Monet. Imp. Ferd. I. 1559. §. ferner die güldene münze / id quod Justiniani Imp. computo congruum, quod 72. solidi libram explebant, §. fin. 7. de pœn. tem. litig. & d. l. 5. Gail. 2. O. 39. n. 1. seq. Besold. Thes. Pract. U. marc. De appellatione Marcarum Vid. ulterius Marqv. L. Tr. Lib. 4. c. 6. n. 36. seq.

XXIV. Cùm autem non minùs Reip. interfit, justò ac debitò modò procedi, litesqve Criminales expediri, ac ipsamet puniri crimina, Vent. de Valent. Parthen. litig. *Lib. 1. c. 15. n. 2.* nunc de Judicio quoque attexenda quædam veniunt, quæ nempè illud sit, quæ verè ratione in Crimine Monopolii plectendo exerceri debeat. Sichardus *h. n. 13. seq.* dicit, neminem Dd. Processus hujus Judicialis contra Monopolas meminisse, quò pœna illa possit infligi, & Bartolum quidem obiter dixisse, quod Practicam Legis hujus viderit, quæ verè ratione, & viâ, non aperire. Attamen ipsemet triplici modò institui illum posse tradit 1. ex Bartolo quidem in *L. 2. π. de extraord. crim.* per inquisitionem. 2. per denunciationem simplicem criminis, quæ potest fieri per quemlibet. 3. per modum accusationis, & ostendit ibidem plurimum referre, an Monopola accusetur, inquiratur, vel denunciatur. Verùm Jure moribusque nostris rectius asseritur, Processum dari duplicem in Causis Criminalibus, Ordinarium, qui fit per accusationem, & Inquisitorium, qui per quàm salubriter receptus, ne deficiente accusatore delicta manerent impunita, cùm interfit Reip. ut provincia aut civitas malis hominibus purgetur *L. 13. de Off. præf. Magnif. Dn. Ordinar. noster, Comment. absolutiss. ad Lancellot. Inst. Jur. Can. p. 908. vid. B. Dn. Carpz. Pr. Crim. p. 3. q. 103. & in Process. Jur. Tit. 1. art. 4 n. 49. atque Dn. Brunnem. de Process. Inquisitor.* Utrumque Procedendi modum posse hîc obtinere verò haud absimile, a sthîc illò communior est secundùm generalitat. verbor. *Ordin. Crim. art. 77.* Et verò hîc in Crimine extraordinariè ac summarîè procedi debet, certissimò argumentò, non leve, sed magnum illud esse, atque ad salutem publicam valde spectare. Ita namque sancitum in sapius laud. *Ref. Pol. 1577.* *Es sol auch in diesen / wie in andern gefreyten fällen de plano schleunig / und zum förderlichsten vollnfahren / auch den Rechten und Proceß sein stracker Lauff*

6
Lauff gelassen werden. Quid autem de simplici & plano procedi dicatur, Vid. Dn. Carpz. Proc. Jur. Tit. 10. art. 2. n. 21. seq. Gail. 1. O. 78. nu. 4. In casu negligentia & cessationis Magistratum quando Fiscalis Casareus contra Monopolas agit, nulla prorsus iisdem declinatoria, aut alia exceptiones, nulla avocationes conceduntur. Vid. dd. Reform. Pol. ibi: So auch in solchen Fall 16. Imo ne ullam Judicium hoc patiat moram, alia etiam omnia Monopolii Reis remedia Juris ac beneficia auferuntur, uti 1. Restitutionis de qua add. Dn. Ziegl. ad Lancellott. p. 895. Hahn. ad Wesf. Vol. 1. p. 276. Carpz. Process. Jur. Tit. 19. Struv. Synt. J. Civ. Exerc. 8. th. 70. 2. Supplicationis, Dn. Ziegl. ib. p. 902. 3. Inhibitionis, de qua Vid. Nobiliss. Dn. Nicolai in Process. Jud. P. 2. c. 8. num. 2. & c. 11. num. 6. 4. Suspensionis, qua cujusvis instantiae prorogatio prohibetur. 5. Advocationis, seu Patrocinii ob Advocator. & Causidicorum nonnullorum protelationes, Seculo maxime nostro Rabularum perquam feraci, quorum malitiam vivis coloribus depingit Ventur. de Valent. laud. Tr. integro & inprimis Lib. 1. c. 9. Hac autem omnia expressè habentur in allegg. Reform. Pol. verb. unverbinderet einiget Restitution, Supplication, Inhibition, Suspension, Advocation, oder anderer dergleichen Anschläge.

XXV. Porro cum saepe Monopolice artes, & technæ tam occultè serpent, ut Magistratus superioris, vel inferioris Judicis fugiant notitiam, idcirco qui crimen hoc ad illos deferrent, certis ut allicerentur præmiis, communis Salus justâ ratione efflagitavit. Ita etiam sancivit optimè Imp. noster. Zeno verb. dat à licentia rursus cuiq; omnia hujusmodi facinora denunciandi sine ullâ formidine, & sine Judicariis sumptibus. Ita luculenter confirmârunt id Augustiss. Impp. Carol. V. & Rudolph. II. in dd. Ref. Pol. ibi. Nachdem vermöge obangezogenen Rechten &c. qui quartam etiam partem bonorum confiscatorum adjudicarunt delatori, certoq; exhibendam mandârunt severè. Quæ portio bene congruit moribus Romanorum, exemplò Neronis præmia Delatorum Papis Legis ad Quartas redigentis. Sveton. in Vit. ejusd. c. 10. & Juri Civ. Rom. L. 13. §. 4. de Jure fisci ubi dicitur vulgare præmium. Vid. Gothofr. in Not. ib. T. T. C. de delator. Lib. 10. & ad eund. A. Perez. Inde & tales denominati quadruplatores. Vid. Schild. ad Svet. l. c. p. m. 582.
E Imò

Imò etiam ipsimet Monopolii Reo, qui se complicesq; suos mani-
festat ac denunciât, Jure Recess. Imp. venia & impunitas promit-
tuntur. *ll. cc. 5.* Und ob ein solcher erster Anfager--- auch theilhaftig
und schuldig were &c. Utrum autem Princeps summus ex causâ,
quæ bonum publ. attingit, multam fisco aliàs inferendam remit-
tere valeat, nec ne, Vid. Althus. *Tr. de pen. c. 3. n. 12. seq.* & an Reus
sponte se offerens crimenq; confessus pœnæ mitigationem vel ab-
solutioem impetrare debeat, Conf. Heig. *p. 2. q. 32. n. 33.* P. Theo-
dor. *Coll. Crim. Diss. 10. tb. 4. lit. q.* Carpz. *Pr. Crim. p. 3. q. 149. n. 23.*
Præterea Cameram Imp. Mandata sine clausulâ dare contra Mo-
nopolica Statuta testatur Marquard, *l. c. n. 28.* Vid. Ord. Cam. *Part.*
2. Tit. 23. & de justitiâ horum Mandatorum in casibus utilitar.
publ. & damni irreparabilis, quæ hîc versatur, omnino Gail. *l. O.*
13. pertot. Deniq; infringi posse Monopolia per remed. Appella-
tionis, viam querelæ & recursûs, exceptionem doli mali, & Jus-
talionis, ex variis Dd. deducit Dn. Fritsch. *b. c. ult. n. 27.*

XXVI. Sed de omnibus hisce fortè plus satis, jam verò nihil
amplius restat, quàm ut dispiciamus, an ita illicita sint Monopolia,
ut nullò modò licita fieri possint. Non omnia cum Jure Nat.
pugnare asserit H. Grot. (quem quoties nominabat Cl. Conring.
roties admirabatur, cum dicente Plin. Secund. admiratione di-
gnum non admirari pravum sit, ac malignum) Opere illo edecu-
matò (nam Tractatûs nomen infra dignitatem est) de J. B. & P.
Lib. 2. c. 12. §. 16. eâ ratione motus, quod à summâ potestate possint
eadem interdum permitri justâ de causâ, & pretiò constitutò. Im-
pugnat hoc sequelæ fundamentum D. Felden *in annot. ad eund. loc.*
cujus intentio breviter eò recidit, fieri id ipsum per accidens, quò
de non controvertetur, minimè verò per se. Sed enim hæc Gro-
tii verba bene interpretatur Graswinckel *in Strictur.* adeo ut ipse
Feldenus fateri cogatur, verisimiliorem hanc mentem fuisse
Grotii, concludens tandem debuisse ad minimum rem aliter il-
lum proponere. Igitur in verbis sumus faciles, modò in re conve-
niamus, nec nostrum nec humanum est, ut tam levi de causâ tanto
Viro insultemus, qui ardua concisi & ambiguâ verbis interdum
involvit, quæ de illo candidum passim fert judicium ingenuse-
jus Eucleator & Commentator incomparabilis noster Ziegler-
rus.

6
rus. Coeterum quia fit, ut Princeps constituat iniquum, & ejus-
modi quid interdum concedat, quod in subditorum vergit detri-
mentum, ut hinc ipse Imp. Zeno omnia omnino hic prudenter
sustulerit privilegia, & talia hodie multis patrocinari Monopoliis
conqueratur Srichard. *d.l.n.11.* rectissime sane non in sola & nuda
auctoritate Principis subsistit Grotius, sed ad illam amplius requi-
rit, ut justa ac certa subsit causa, & adstringatur ille qui privile-
gium impetravit, ut justo pretio merces vendat. Vid. Dn. Ziegl. *de*
Jur. Maj. Exerc. 14. tb. 21. Sic satis accuratam normam Principi
hic observandam tradit Molin. *Disp. 345. n. 3.* Privilegia nempe e-
jusmodi licere concedere tum, quando id postulet recta ratio, aut
commune bonum, attentis atq; expensis probe circumstantiis o-
mnibus tam ex parte subditorum, quam ex parte Principis, atq;
illorum quibus concedantur, simulq; consideratō, ut subvenien-
dō communi bono quoad fieri possit, non magis onerentur qua-
dam Reip. partes, quam alia, quandoquidem ad omnes subvenire
illi aequaliter spectaret. Add. Less. *L. 2. c. 21. dub. 21. n. 148. seq.* de Lu-
go *disp. 26. sect. 12. n. 170.* Ergo cautē hic agendum Principibus, vel su-
perioribus, ne publicam, quam pretendunt utilitatem, in privatam
commutent, quos acriter insectatur Decian. *d.l.n.5.* quae leve enco-
mium ad posteros transmisit Ferdin. Rex Neapol. ap. Philipp.
Comin. *de bell. Neap. Lib. 2.*

XXVII. Sequitur inde, Causas dari varias, quibus Monopo-
lii Jus licitō exerceri ac concedi queat, quae in ad tria quasi summa
Capita, Necessitatis, Utilitatis & Aequitatis optimē reduci pos-
sunt. Quod necessitatem attinet, constat eam non habere Legem,
nec Legi, sed Legem eidem subesse *L. 1. C. ut nem. liceat &c.* Sed
enim uti ubivis, ita etiam hic non ficta, non levis, aut spernenda,
sed gravis & urgens illa esse debet. Lather. *d.l.n.33.* ita ut sublatā
eā omne id ad pristinum statum revertatur, ne in Ordinarium de-
generet Extraordinarium hoc remedium. Conf. Arist. *Pol. 1, 7.*
Itaq; Princeps tum pro certā aliquā pecuniae summā concedere
valebit aliquibus mercatoribus vel opificibus, ut ipsi soli rem cer-
tam vel speciem in regionibus suis vendant. Sicut enim a subdi-
tis exigere ille poterat, ut contribuere ad publicam necessitatem
sublevandam; ita subjicere illos potest tali Gravamini, modō pre-
tio ritē

ciò ritè constitutò moderatum illud sit, & cum minori ipsorum molestià ac detrimento conjunctum. Molin. *d.l. P. Martyr Loc. com. Clasf. 4. Loc. 19. n. ult.* Aliàs larga hinc remedia suppeditant Consilia, & Meletemata Politica Klockii, Besoldi, Boraitii, Fausti, Latheri de *Ærario & Censuredita*. Neq; ipsis Principibus invidendam erit hoc mercimonii genus, si quando vel commerciorum usus haberi non possit, ob hostium impetum & pericula, vel itinera intuta. Althus. *Polit. c. 32. n. 21.* Molin. *d.l.* vel tantà inopià laboret *Ærarium publ.* ut sumptibus publicis erogandis non sit, maximè si in aliis parcat subditis, & ab onere tributor. ac vectigalium illi interim releventur. Vid. Lather. *c. l. Carpz. Lib. 1. Resp. 42.* Ita Rudolph Bohem. Rex negotiationem exercuit in argentifodinis Cuthnensibus, vinum, sal, hordeum, triticum ex Austria suisq; horreis convexit, & pretia statuit rebus promercalibus, ut hac ratione Debita per Wenceslaos Reges contracta exolvere posset. P. Gregor. *Lib. 3. de Rep. c. 6. n. 47.* Sic Laurentius Medices Magnus Florentiæ Dux, ut nervum Reip. firmaret, Monopolicam tractare coactus fuit, quam magnà viaris alieni, quã premebatur, sublata, sub vitæ finem improbare visus, uti refert Marquard. *c. 7. §. 18. ex Mich. Bruto Lib. 8. Histor. Florent.* Et Lusitaniæ Reges, se subditos attererent, cum angustiissimis finibus inclusi recentem suam Majestatem commodè vix possent tueri.

XXXVIII. Succedit Utilitas, quæ non eodem quidem jure ac Necessitas gaudet, cum eâ tamen coincidit fere & paria interdum facit, arg. *L. fin. C. de his quæ ex publ. coll. ill. non usurp. Lib. 10.* cum, quod salutem Reip. conservet, eidem necessarium quodammodo videatur. Ita Princeps vel Respubl. annonas similesq; ad vitæ sustentationem necessarias res duris temporibus ingravescentibus coemere possunt, ut postea æquò pretiò dividant subditis, uti admodum piè & prudenter fecit Josephus, de quò supra. Sic, si cives reliqui impensis faciendis impares sint, & rebus aliunde advehendis non sufficiant, & sine Monopolio quodam civitas conservari non possit, Less. *d.l. A. Perez. b. n. 3.* Pariter si Commercii cujusdam exercitium privati alicujus potentiam nimium auget, si spectamve redderet, aut si Negotiatio nimis ampla sit, quam occasionem prudenter captare Illustriss. Veneror. Remp. in commercii,

6
cils, quæ in Flandriâ, Angliâ, aliisve in locis sui tractare possent,
dicit Klock. *de Arar. r. 26. n. 9.* Deniq; si unus, duo, tresve Mercato-
res aut Artifices toti sufficiant Civitati, plures autem sibi met ipsis
damno sint, ne omnes eloriant, & multitudine civitati noceatur,
poterit Princeps uni illi, aut duobus, aut tribus commercium com-
mittere. Dn. Ziegl. *de Jur. Maj. laud. Exerc. 14. th. 21.* quæ privile-
gium Sartoribus aliisq; Opificum communitatibus apud nos
concedi solet, ne extranei intra miliar. 1. vel 2. illorum opificiis
noceant. Dn. Carpz. *Decis. El. 4. n. 10.*

XXIX. Nunc exempla etiam aliquot subicere lubet Mo-
nopoliorum, quibus ita vel Principes ipsimet & Respubl. libe-
re licitò opes suas augent, vel alii quoque eorum concessione iis-
dem Remp. juvant. Sic Rex Gallia exercet Salis Monopolium
teste Marqv. *Freh. de monet. fol. 48.* qui in horrea Regia recondi-
tur, poenâ capitis in eos statuta, qui aliunde emerint. Similiter
Elect. Bavar. ex quo in ararium tanti redditus quotannis inferun-
tur, ut multorum Imperii Principum opes dicantur longè supera-
re. Vid. *Oldenb. ad Instrum. Pac. p. 1. p. 431.* Et quotus verò quisq;
est qui ignoret, sere ubivis mercimonium hoc Salis, ob nimiam
ejus frequentiam & utilitatem, à Principibus & Magistratibus re-
stringi ac quodammodo vindicari, uti olim etiam Imperatores
mancipibus suis Jus hoc esse voluerunt, *L. n. C. de vestigal.* ac in Ger-
maniâ etiamnum obtinet, ut non pagi, sed civitates hoc ipsò com-
merciò gauderent, cum ratio hæc Ararium magis locupleret. Sic
porro Vratislavia lupulo, Noriberga calcis, Argentoratum li-
gnorum Monopolium sibi tribuunt, Urbes alię cupri, stanni, plum-
bi, adipis, & sevi. Mich. *Piccart Comment. in Pol. Arist. Lib. 1. c. 11. edit.*
Jen p. 143. nec non cerevisiarum, & vinorum exoticorum, ut M. d-
delburgum, Dordrechtum, Atrebatum &c Marqv. *d. l. quæ tamen*
ut plurimum non aliter admitti posse, nisi in publicâ egestate,
& regionis indigentia, monet *Lather. d. l. n. ult.* Sed cur non repudi-
mus potius in Misniam nostrâ, terram illam sibi met ipsi sufficienter
judiciò summi Viri Contringii, ubi talia haud rara, & Privilegiò
ac Edictò Principis Monopolia probari interdum, juxta ac Com-
mercia ad certas personas certave loca restringi videmus. Sic of-
ficinas cupri & ferri, de *Eysenhammer* Principes nostri rectè sibi
vends-

vendicant, vel certis personis permittunt, utpote quarum sumptus
ferre vix possunt vires singulorum, praesertim iis in locis, qui li-
gnorum penuria laborant, quod de integro etiam Respons. Scab.
Lips. exhibet Dn. Carpz. Decis. Et. 4. num. 12. Pariter Statutò
ac Principis indulgentià Municipiis id privilegii datum novi-
mus, ne ad 500. aut 1000. ab oppidò passus coquere in pagis aut
vendere cerevisiam liceat, quod Jus omnibus fere Germaniæ ci-
vitatibus ac oppidis commune est, imprimis verò nostris, cate-
risq; Provinciis finitimis, quæ Jure Sax. utuntur. Dn. Carpz. a. l.
n. 11. Add. omnino Dn. Tabor. *pecul. Dissert. de Jur. cerevis.* Qui-
bus sane civitatibus tam frequens cerevisiæ usus, ut bona pars ci-
vium, adeoq; tota sæpenumero Municipia unicum vitæ suæ rei-
familiaris retinendæ praesidium in tractandâ re cerevisiariâ repo-
nant, Carpz. *Lib. 1. Tit. 6. Resp. 42.* Similiter Molendina certa
privilegio tali gaudere notum, ut subditi vel pagi etiam certi non
ad alia accedere debeant, sed iisdem uti cogantur. Et quantum-
vis ejusmodi quid sit actus meræ facultatis, qui nullo tempore, ne
quidem per 1000. annos, praescribitur, arg. *L. 26. ff. de damn. inf.*
tamen si prohibitio domini facta fuerit, & subditorum accesserit
acquiescentis, acquiritur tum quasi-Possessio Juris Negativi, puta
prohibendi, ut ratione hæc instar aliarum etiam servitutum in fo-
ro Sax. per 30. ann. annum & diem praescribi possit. Carpzov. *Lib. 1.
Resp. 43. n. 15.* Consule Did. Covarr. *Tom. 1. fol. 456.*

XXX. Denique adjungenda etiam venit Æquitas, Mono-
polium itidem in Classem licitorum reducens, quæ vocatur aliàs
summa ratio *L. 43. in f. de relig. & sumt. fun.* & Cicer. *in Orat. pro Clu-
ent.* Legis Laxamentum, ac solennia Juris mutare dicitur *L. 183. de
R. J.* Sic inventoribus alicujus rei novæ, v. gr. machinæ, aut ope-
ris bono publ. utilissimi, vel artis etiam, præmii & remuneratio-
nis locò concedi potest ad tempus aliquod illius artis exercitium,
exclusis aliis, qui eam æquè bene profiteri possent. Marcell. Do-
nat. *in Sveton. Tiber. c. 71.* Ex hæc etiam ratione Typographis, vel Bi-
bliopolis indulgeri solent privilegia, ut intra certum tempus soli
libros vendant, quos typis excuderunt, vel excudi impensis suis cu-
rârunt. Molina. *c. l. n. 3.* Dn. Hahn. *in Wesf. de serv. export. Scacc. de
Commerc. & Camb. quest. 7. Part. 3. Lim. 10. n. 16.*

XXXI.

XXXI. Dereliquò quæritur jam, an populo alicui liceat cum alio populo pacisci, ut is populus certi generis fructus, qui alibi non nascuntur, sibi soli vendat? Licere censet Grot. *Lib. 2. de J. B. & P. c. 2. §. ult.* dummodò qui emit populus, paratus sit vendere æquò pretiò, quippe quod aliarum gentium non intersit, à quo emanant ea quæ vita desiderat, & lucrum alter alteri licitò queat prævertere, maximè ob causam promissæ defensionis, & faciendorum eo nomine sumptuum. Verùm hæc ita Grotius scripsit, sublimi Judicio Dn. Ziegleri, ut Hollandus, in gratiam nempe contereaneorum pacta ejusmodi sapissimè cum exteris inveniuntur & quandoque experimentium. Neque hæc Limitatione suâ vitiositatem Monopolicam, ad quam Pactum istud declinat, prorsus sustulisse videtur, cum, ob humanam in lucrò captandò vafritiem, qui soli rei vendendæ potestatem habent, ut plurimum justò pretiò contenti non fiat, sed pro arbitrio suo id ponant, ut adeo sublesta fieri queat fides promittentis, se æquò pretiò merces emtas vendere velle. Et imo pugnat hoc Pactum cum libertate commerciorum, quam Grotius tamen *eòd. cap. sub num. 18. 22. & integro Tr. de Mari Lib.* tantopere it assertum. Conf. omnino hîc Magnif. Dn. Ziegl. *Not. ad c. l. & de Jur. Maj. Exerc. 12. tb. 21. seq.*

XXXII. Antequam manum, quod ajunt, de tabulâ moveam, de celeberrimo illo Fœdere Hansico, nec non de Stapulæ Jure nonnulla annectere lubet, num & ista Societatibus Monopolicis annumerari debeant, adeoque Imperii nostri Legibus fiat improbata. De Vocis Hansicæ etymo admodum variant Auctores. Vid. P. Bertius *Lib. 1. rer. germ. c. 4.* Kuricke *de Jur. marit. Besold. Thes. pr. h. v.* Quicquid alii, maximè probabilis eorum conjectura videtur, (Clariss. Dn. Conring. *in Prælect. publ. ad Lampad. Lib. 3. c. 7.* etiam plausibilis) ab Hansâ deducendum, quæ antiquò Germanorum idiomate Societatem à Mercatoribus præprimis innotabat. Origo etiam Confœderationis hujus Historicorum notitiam fere effugit, nonnullis eandem ad ann. 1268. aliis ad ann. 1200. referentibus circa tempora Frider. II. Imp. maximè turbulenta, quod nempe tum Civitates Littoris Balthici, teste Conring. *in annot. ad Lampad.* valde piraticâ infesti, cum reliquis Saxoniarum civitatibus ad tuendam commerciorum libertatem ejusmodi Societatem

ratem iniverint. Hac ipsa postmodum Societatum multitudine,
Privilegiis Regum, vectigalium immunitatibus ita potentia op-
busq; crevit, ac in tantum amplificata est, ut & florentissima post
ann. 1300 extiterit, & omnibus vicinis præsertim Svecia, Anglia
& Dania Regibus *q̄* & formidabilis facta fuerit. Conf. Cranz.
Chytr. Fabric. in Oper. suis Histor. Meibom. Chron. Brunsv. D. Mev. ad
Jus Lub. P. 3. p. 202 seq. Micræl. Synt. Histor. Pol. Lib. 3. sect. 12. & Joh. An-
gel. Werdenhag. qui integrum edidit Tract. de Rebus publ. Hanseat.
sed variis se censuris exposuit. Verùm seculò quintò decimò tan-
tùm non penitus illa corruit, tum, quod minores Urbes, cum lu-
crum viderent in solas majores redundare, passim desciscerent,
tum quod Hansicorum exemplo alia quoque gentes Oceanum aut
Mare Balthicũ accolentes commercia cœperint frequentare, Flan-
dri propriis & Batavi. Severin. de Monzamb. de Stat. Imp. Germ.
c. 3. §. 9. Cæterùm ut ad controversiæ statum propius accedam,
contra Societatem hanc urgetur potissimùm, quod omnes confœ-
derationes Civitatum regulariter Jure Civ. ac Sanctionibus Impe-
rii nostri prohibita, L. 8. C. de hered. instit. L. 1. quod cujusc. univers. Aur.
Bull. c. 15. §. 1. & magnæ ejusmodi Societates Mercatorum Mono-
polium quoddam sapientes jam tum laudatis Recess. Capitulationi-
busve damnatae sint. Sed enim mente ac clausulâ loc. cit. in Aur.
Bull. penitus considerata, Legitimũ utiq; id fœdus esse deprehen-
demus, cum omnes Confœderationes Civitatum inter se pro ge-
nerali & Publ. Pace terrarum & provinciarum conservandâ, qualis
Hansica est, utpote pro tuendâ libertate Urbium, & securitate Com-
merciorum inira, expressè permittæ ibi sint, donec de iis aliter vel
ipse met Augustissimus Legislator, vel Successores ejus ordinandũ
duxerint. Et imò ipsius Caroli IV. auctoritate Civitas Brunovi-
cens. exclusa Fœdere illò recepta, & Colonienf. Frider. III. Imp.
intercessione ad preces Archi-Episcopi iterum suscepta, & Bre-
mensium ad Ferdinand. I. Maxil. I. Imp. monitionem cooprata
fuit. Marqv. Lib. 4. c. 7. n. 52. Ut proinde nimis dura sententia fuerit
Everh. à Weihe Lib. 2. de Fœder. c. 8. n. 44. Vid. Marqv. l. c. Wurmser.
Exerc. J. P. 8. q. 5. pluresve alios, qui insultus hosce bene excipere
nōrunt. Similiter Capitulationum etiam citt. Text. de malicio- ac
perniciosis solùm, non verò de omnibus omnino Negotiantium
Socio-

Societatibus intelligendi. *Limn. ad Carol. V. Capitul. art. 27. Recess. Imp. de ann. 1512. ac Reform. Pol. 1548. & 1577. verb. doch soll hierdurch niemand verbothen seyn sich mit einander in Gesellschaft zu thun 26.* Igitur, ut maximè tam ingens Societas nullâ autoritate publ. initio coierit, tamen postquam Successu temporis multa & magna securitas autoritasve Fœderi huic ab Imperio, & Regibus aliis concessa fuit, ex hâc confirmatum id, & ex privato publicum factum, haud temere concludunt nonnulli. *Dn. Ziegl. de Jur. Maj. Exerc. 12. th. 20. Dn. Carpz. de L. Reg. Germ. c. 6. sect. 9. n. 18. seq. Inde Societas ista toties ab Imp. & Imperio nostro ad Contributiones requisita Recess. Imp. 1542. 44. 48. 76. 82. Klock. de contrib. c. 14. sect. 2. n. 60. à Ferdin. II. in p. ob singularem maritimam commerciorum conjunctionem secum instituendâ, ann. 1627. 28. splendidissimâ Legatione honorata. Marqv. d. l. n. 58. & noviter an. 1648. in Instrum. Pac. Cæsareo-Svevico §. an- te pen. generalis Pacis Legibus utrinq; comprehensa legitur. Add. Dn. Conring. Exerc. de Urb. Germ. th. 95. seq. Arum. ad A. B. d. c. 15. th. 9.*

XXXIII. Restat tandem, ut Jus etiam Stapulæ nonnihil indagem, quæ vox itidem dnbis originis. Rectissimè à termino tecnico, *Stapel* in Emporiis Hanseaticis usurato, & idem quod merces exponere, ac iterum compingere significante. Vid. *Dn. Strauch. de Imp. Mar. c. 7. §. ult.* Describi potest, quod sit Jus Civitatis de certis quibusdam mercibus attinendis, ut in loco certo exponantur vel solveadi vectigalis, vel vehicula, aut naves mutandi, vel vendendi, vel deniq; censuram subeundi gratiâ, concessione Principis, vel præscriptione acquisitum. *Dn. Ziegl. de Jur. Maj. Exerc. 13. th. 78.* Uade concludendum Jus hoc non esse uniforme, sed omne id, nisi præscriptione forte acquisitum fuerit, cuius rationem tradit *Maul. de Jure conduc. Tit. 3. n. 15.* ex tenore concessionis ac Privilegiorum petendum venire, quæ utpote à Jure communi recedentia, strictissimè & secundùm verborum conceptum intelligenda. *Conf. Lehman. Chr. Spir. Lib. 4. c. 22.* Porro à Jure Stap. secernere solent accuratiores Jus Emporii, quod pingvioris nempe sit naturæ, & commercia cum exteris mercatoribus tractet tantùm ad civium utilitatem promovendam, cum Jus Stapulæ advenarum etiam negotiantium commodis inserviat, adeo ut cuivis indistinctè merces vendere & emere permissum sit. *Explicavit præclare discrimen*
F hoc

hoc Magnif. & Nobiliff. Dn. Benjamin Leuber, J. Crus exercitatis-
simus, Jurisq; Publici, Historiarum, & antiquitatis omnis longè
peritissimus, Consiliar. El. Sax. & in superior. Lusat. Marchio nat.
Camera Procurator meritissim9, Patron9 & Cognat9, mens Paren-
tis instar suspiciendus. Tr. de Jur. Stap. Magdeb. deb. cujus verba, cum
& apud Dn. Ziegl. d. l. & Marqv. Lib. 2. c. 6. n. 33. extent, atqve ipsemet
egregius Liber mereatur legi, hîc apponere supersedeo. Ulte-
rius à Jure Stap. strictius sumtô distingvunt Jus Geranii (ita dictum
ab instrum. tractorio ad flumina & portus collocato, qvô vasa
mercibus repleta navibus extrahuntur iterumqve imponuntur,)
qvod potissimum in Principis ac Reip. commodum, & ad Merca-
torum vectigalium solutioni se subtrahentium interdum fraudes
avertendas introductum est. Stypmann. contin. de Jur. naut. P. 5. c. 2.
n. 11. seq. Sed ad Rhombum. Quantumvis Jus Stapulæ, & ceteri
sub eò hîc relati Modi commerciorum usum ac libertatem respe-
ctu mercatorum advenientium nonnihil restringere videantur,
ideo tamen ad vitiosum Monopolium detrudi non debent, & ex
hactenus dictis possunt tolerari; maximè, si Civitatis, qvæ iisdem
gaudet, sublevent indigentiam, & licentia ista intra debitos trami-
tes, & paucarum civitatum numerum subsistat. Conf. de his, & Ca-
talogo civitatum iisdem fruuentium præter jam tum laudatos,
Werdenhag. P. 3. Rerumpubl. Hansf. c. 20. Limn. J. P. Lib. 2. c. 9. n. 130.
seq. Sixtin. de Regal. 2. c. 3. n. 39. Besold. Thes. Pr. Wehner. Obs. Pr. h. V.
& D. Mæv. ad Jus Lubec. Lib. 3. T. 6. art. 7. Finio jocosô eò quidem,
sed calculum si rectè ponas, laudandô valde Cœptô illius apud
Aristophanem (qvô excusat qvoqve se Præfat. ad Lector. Benjamin
Priolus de reb. Gall. ab Excessu Ludov. XIII.) qui cum maculâ ve-
stem affecisset, quam fullones eluere non poterant, ad vitandas
obviorum de sordidato amictu monitiones importunas, turpatæ
indumenti parti chartam juxta ac hæc verba affixit: SUBEST MA-
CULA, PARCITE MONERE. Interim sit.

SOLI DEO GLORIA.

ER

6
E St argumentum, quando MONOPOLIA tractas,
Ingeniò dignum non nisi, BOEZO, Tuo.
Vulgares animas gravitas deterreat ejus,
Indolem at excelsam suscitatur illa Tuam.
Altam nempe juvat contemnere Vilia mentem,
Néve ea sectari, quæ sibi Vulgus habet.
Hinc Tibi nec tritos, BOEZO, promittere honores,
Sed, prout est æquum, maxima quæq; potes.

JOHANNES STRAUCH D. P. P.
h. t. Acad. Rector.

V Erum est: assiduo virtus sudore paratur,
Et curâ vigili gloria parta venit.

Testem TE nobis, Dulcissime, sistis, amice;
Dum labor intensus Nomina clara petit.

Macte Tuâ virtute, Tuâ macte indole felix,
MOXTUATE DUCET FAMA PER ORA VIRUM.

Faucis hisce sincerum affectum cum voto omnigenæ prosperitatis
Clarissimo Dn. AUCTORI, Amico ac Commensali suo
impensè colendo testari voluit

P R Æ S E S.

C onstanti Clarus prorudis pectore verba,
Musa Tuum studium laudat, Apollo caput.

Exhilaras Patriam, Phœbo Tua capta placebunt;
Ingentes fructus sint, maneatq; Tibi.

Hisce Clarissimo DNO Respondenti, ac J. U. Candidato
gratulatur

CONRADUS VICTOR SCHNEIDERUS,
Med. D. P. P. &c.

Q uantò sis studium Juris complexus amore,
Hæc satis ingenii dant monumenta Tui.

Macte Tuis captis! Themidi sic, BOEZO, probaris,
Sic olim Patria commoda mille feres.

Ira gratulatur

Clarissimo Dn. Respondenti

MICHAEL SENNERTUS D. P. P.

Nom

Non quæ latent, artes valent. Non est amor
Incognita. Mi BOEZO diligentiam
Sic optimè probas tuam. Sic quæ opes
Tibi eruditionis anais plurimis
Multò labore comparasti, publico
Prodis Specimine, laude dignò & gloriâ.
Non irriti sumtus fuere. Temporis
Nec pœnitere Te potest. Cultus redis
Ut aite; sic Tibi utilis, gratus Tuis.

*Clariss. Dn. Autori Resp. Amico honorando
festinante calamo gratul.*

BALTHASAR Stolberg / Græc.
Liter. Prof. Publ.


In tenebris latitant, nullius conscia laudis,
Degeneriq; jacent marcida corda situ.
Surgere mens ardet, rapidis quam gloria flammis
Cognatiq; movet nobilis aura poli.
Sed via surgendi non omnibus una probatur;
Qvisq; suum placitò tramite carpit iter.
Pars melior prælustre decus sectatur honesti,
Cunctaq; virtuti posteriora facit.
Infandas alios tollit fortuna per artes,
Cæcaq; monstrosis evehit aula modis,
Sunt quoq;, quæis grandes implet versutia cistas,
Sanguineasq; furor Martius addit opes.
Te pia laudato deducit calle Minerva,
Et vindex legum tollit ad alta Themis.
Id præsens doctæ demonstrat pagina Chartæ,
Et pro jure pii verba relata Fori.
Tollimus egregiam, BOEZO doctissime, curam;
Nascentur Laudes & Decus inde Tibi.

Hicce
Nobilissimo ac Præclarissimo Domino Auctori, J. U. Candidato
dignissimo, Fautori, Amico undiq; singularis
exempli gratulabantur

COMMENSALIS LEDERERIANI,


❖ (o) ❖





ULB Halle
003 007 642


3




86

VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

VORTAT! *57.*
M. d. 1355. b.

POLIIS

1069
1672
10 a
13
e hac
od. eod. Tit.
Consensu
RUM ORDINIS
i Saxonica Academia
I DE
O
is. atq; Excellentissimo
E FRIDERICO
ERO,
lebratissimo, Curia
cultatis Jurid. Adessore
no,
ptore & Hospite meo
ndissimo
ER. BOEZO,
nfs.
Æ. V. MDCLXXII.
MICHAELIS MEYERI.

Widmung.

6

